



# Ad edicta Veterum Principum Rom. de Christianis, : ex commentariis Francisci Balduini I. C.

<https://hdl.handle.net/1874/455629>

EDICTA  
Veterum Principum  
Rom. de Chri-  
stianis:

*Daniel vs* *Archbyde*  
EX  
COMMENTARIIS FRAN-  
CISCI BALDVINI  
I. C.

BASILEAE, PER IOAN-  
*nem Oporinum.*

А Т О Г А

тисячі п'ятнадцять

зі срібла від

Івана

зі срібла від

Івана зі срібла

CLARISS. VIRO D. C A S P.  
a Nydprug, Jurisc. & Senatori Re-  
gio, Fr. Balduinus S.



V M anno superiori descriptū  
ex nostris Ecclesiasticarum  
ciuiliumq; rerum Commenta-  
rijs Constantiū edidisse,  
rogarunt me multi harum  
rerum studiosi, ecqua ante illum in orbe Roma-  
no cōditione annis prop̄ trecētis uixissent maio  
res illi nostri Christiani: & uero, que olim Rom̄  
Impp. de ijs leges fuissent. Quod cum et ad Con-  
stantini imperium illustrandum, & ad earum  
antiquitatum, quarum studiosum esse me non  
dissimulo, memoriam pertinere intelligerem,  
& huius etatis interesse putarem, id non latē-  
re: facile nunc paſsus sum in publicum dari,  
quam earum legum historiam iſdem meis Com-  
mētarijs priuatim incluserā. Nā etsi iam r ui-  
ris Magdeburgēſib. qui historiae Ecclesiæ cōſcri-  
bendae prouinciam ſuſceperunt, curam hanc lu-  
benter reliquerim, & exposito illis meo, quod  
rogabant, consilio, alijs me ſcriptionibus dedide-  
rim: tamen quicquid illud eſt, quod antea de-

A A 2 illis

illis legibus annotaueram, cum alijs communi-  
care non recusaui. Imò uero Apologeticos uete-  
rum Christianorum libellos Annotationib. ex-  
plicatos adiungere institueram. Sed Athenae-  
gora uetusissimam huius generis  $\alpha\pi\lambda\gamma\iota\alpha\omega$  expecto,  
quam breui spero in lucem editum iri.  
Interea quod nunc edo, ad te ut referrem, res  
profecto ipsa me statim no solum monuit, sed e-  
tiam impulit: cum eum esse te sciam, qui ad ha-  
rum antiquitatum inquisitionem me non so-  
lum literis, sed & exemplo tuo cohorteris: &  
hanc Iuris prudentiae nobilissimam partē, quam  
alijs, nimium profecto profani homines, quia igno-  
rant, contemnunt, unus ex ordine Iuris consul-  
torum religiose & perite colas: & uero possis  
maximos in hoc Imperio principes, quorum con-  
silijs præs, sapienter monere, si quam modera-  
tionis & temperantiae legem hic esse putabis,  
quam illi audire debeant. Ego quidem cer-  
te Maximilianum Regem & Principem opt.  
max. lubentius compellabo, ubi Theodosium,  
quem in manibus habeo, delineatum illi offerre  
potero. Interea uir clariss. pignus hoc habeo  
animi erga te mei: & hanc studiorum nostro-  
rum

## EPISTOLA.

5

rum partem magis atq; magis excitato. Quid enim? Si olim Iudæi tam ualde laborarunt, ut numerum aliquod Cyri, de sui templi instauratione edictum, quod in regios Commentarios relatum latebat, ab extremis usq; Ecbatanis repeterent, ex quo Darius de Iudeorum causa iudicaret: & hoc exemplo Christiani tam magnam operam olim quoque dederunt, ut Adriani Imp: rescriptum, quod aduersarij suppresserant, rursum ederent, & per Iustinum suum Antonino Imp. offerrent: certè pati non debemus, quæ ad nos non minus pertinent monumenta huins generis, in tenebris sepulta iacere. Vale.

Heidelb. Cal. Aug.

AA 3

*AD EDICTA PRIN-  
cipum de Christianis Pra-  
fatio.*



T Iurisprudētia esse dicitur diuinarum atque humana-  
rum rerum noticia: sic eos  
dicere soleo, qui illi nomen  
dederunt, Ecclesiasticarum  
atque ciuilium rerum studi-  
osos esse oportere: & cūm u-  
triusque iuris, diuini nempe & humani, tum us-  
rō historiæ ueteris, & quidem historiæ utriusq;  
hoc est, Ecclesiasticę & ciuilis, cognitionem con-  
iungere debere. Laudo equidem Romanarum  
antiquitatum commentarios, quales nunc scri-  
bunt homines quidam eruditī: sed antiquitati-  
bus Christianis nullam eos operam dare, non so-  
lum miror, sed etiam doleo. Nam si illarum ma-  
gno desiderio tenemur, ut tenemur: qui poslu-  
mus harum, quæ illis etiam immixtæ plerunq;  
sunt, memoriam, qua nihil nobis antiquius esse  
deberet, fastidiose negligere, quin studia litera-  
rum, profanæ cuiusdam uanitatis studia esse fla-  
gitiose significemus? Hanc ego labem (nulla e-  
nim tetricor barbaries est) abs Iurisprudētia pro-  
cul abesse iampridem cupio: fremat licet impro-  
borum quorūdam leguleiorum impietas quæ-  
dam testa, quæ uult tamen uel astuta uel erudi-  
ta uideri. Hæc enim etsi in tenebris audax sit,  
quia tamen in luce trepidat, non ualde me ter-  
ret. Quid igitur? Ut in Iurisprudentiæ Romanæ  
studijs, ius ab historia tanquam facto discernen-  
dum

## P R A E F A T I O.

7

dum est, sic est etiam utrumque coniungendum:  
 ut & in iure Romano historiā, & in historia ius  
 ipsum obseruemus: neq; ipsius solum Reip. sed  
 & Ecclesiæ causam atque conditionem confide-  
 remus. Nam & ubi hæc coniunguntur antiqui-  
 tatum monumēta, multo sunt illustriora. Quid  
 in hoc genere desiderem, quid uelim, quid insti-  
 tuam, pluribus non dicam. Sed sanè iuuat, cum  
 in ueteris Reip. uel Imperij Rom. statu cognoscendo,  
 eiusque iure explicando uerbor: quales  
 etiam de nostra religione leges tulerint illi le-  
 gumbatores, & qualis in orbe Romano Ecclesiæ  
 status, maiorumque nostrorum conditio fuerit,  
 non ignorare. Immanis profecto in hoc genere  
 fuit, illius Imperij, iusticiæ alioqui & humanita-  
 tis laude florentis, ac propè incredibilis barbaria:  
 si quid, quantumq; religioni, hoc est, Deo de-  
 beatur, cogitemus. sed fuit rursus admirabilis  
 quædam, in illorum temporū intemperie, quo-  
 rundam principum temperantia in hac causa: si  
 qualis alioqui, quantaque impiorum hominum  
 tabies sit, odio & furore inflammata, cogitemus.  
 Ita ne uero hic terrarum orbis, qui non staret (sic  
 enim Prophetæ docent) nisi si in extremo sal-  
 tem eius aliquo angulo, Ecclesia, ut appellatur,  
 hereret: hanc tamen ferre non potest, hospitis  
 minimè ingratæ hospes nimium profecto ferus?  
 Atqui necesse est, in hoc mundo illa aliquod ha-  
 beat, si non domicilium in quo tanquam ciuis  
 habitet: at diuersorium saltē, ubi peregrina com-  
 moretur. Horribilis est illa sanè apud Danielem  
 pictura regnum atque imperiorum, quæ quid  
 hæc aliquando moliretur prædictit. Sed modum

A A 4 tamen

tamen aliquem, & finem horum malorum illa promittit. Ac postremò quidem Romanos notare uidetur, cum principem quedam populum exoriturum esse significat, qui Christi regnum depopuletur. Verum huius quoque populi, qui orbi terrarum leges postremò dedit, non eadem profectò semper sententia fuit: ut neq; fuit perpetua aliorum principum conditio impietatis. Ante Christi etatem, Iudæorum resp. fuit etiam, dicique potuit, Ecclesia. Quid uero de illa statuerunt Monarchæ? Reges Persici tres, publicis editis iussere, ut & immunis & libera esset: ipsiusq; etiam templi sacrosancti instaurationem libera-liter adiuuāt: cum tamen aliarum gentium templa & fana omnia Persæ diruerent, nullaque ferre possent. Alexander Macedo, si quo modo se gesserit Hierosolymis meminerimus, alter in Alexandriam conderet, Iudeos ciues allegit. Successores reliquit uarios, qui hanc quoque gentem uariè affixerunt: sed subinde tamen, ut illa respiraret, sese cohibuerunt: & nonnunquam amiciss. fuerūt. Quām enim ualde & amicus & religiosus fuit Ptolemēus Philadelphus? Quām nō aduersarius Nicanor Syriæ rex, qui ius ciuiū in suis ciuitatibus Iudeis dedit? Quām in hac causa bonus & æquus Antiochus magnus? certè non minus placidus erat, quām crudelis paulo post & impius fuit Antiochus Epiphanes. Edicta quæ dixi de Iudæis, Persica, Macedonica, Ægyptia, Syriaca, ex Iosephi & Esræ commentarijs repeti facile possunt. Et ea sunt, quæ cum Romanis in simili causa legibus conferri atq; comparari

## P R A E F A T I O.

9

parari ualde uelim. Venio ad Romanos : nam de  
orum edictis in hoc genere magis nunc quæri-  
tur. Ac in primis quidem mihi occurrit, quod  
Tertullianus in Apolog. capite 26. Iudææ (in-  
quit) & Deum uictimis, & templū donis, & gen-  
tem fœderibus aliquando Romani honorauit.  
Certe colonias Iudæorum toto orbe Romano  
multas iam olim fuisse constat. Pompeius, Ci-  
terone & Antonio Coss. urbem Hierosolymo-  
rum, templumque ipsum expugnauit : sed eius  
tamen religionem sartam testam reliquit, ac ne  
templum quidem spoliare ausus est. Iudæos  
iuisit esse tributarios. Interea tamen eorum tem-  
plo suas etiam prouincias ueluti esse tributarias  
Romani passi sunt, & Iudaicorum sacrorum li-  
bertatem quodam priuilegio communitam reli-  
querunt: et si uaria de ijs iam inde ab initio Romę  
judiciale profecto fuerint. Opereprecium uero est,  
Ciceronis pro L. Flacco oratione, que huius pla-  
ne loci est, audire. Cum (inquit) aurum Iudæ-  
orum nomine, quotannis ex Italia, & ex om-  
nibus uestris prouincijs Hierosolymam expor-  
taris soleret: Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia ex-  
portari liceret. Quis est, Iudices, qui hoc non ue-  
te laudare possit? Exportari aurum non oporte-  
re, cum sepe antea Senatus, tum me Consule gra-  
uissime iudicauit. Huic autem barbaræ supersti-  
tioni resistere, seueritatis: multitudinem Iudeo-  
rum flagrantem nonnunquam in concionibus  
pro Rep. contemnere, grauitatis summę fuit. At  
Cn. Pompeius captis Hierosolymis, uictor ex il-  
lo fano nihil attigit. In primis hoc, ut multa alia  
sapienter, quod in tam suspiciofa ac maledica ci-

AA 5 uitate

uita te, locum sermoni obtrectatorum non reli-  
 quit. Non enim credo religionem & Iudæorum  
 & hostium, impedimento præstantissimo Impe-  
 ratori, sed pudorem fuisse, &c. Sua cuique ciuita-  
 ti religio Læli est, nostra nobis. Stantibus Hiero-  
 solymis, pacatisque Iudæis, tamen istorum reli-  
 gioi sacrorum, à splendore huius Imperij, grauita-  
 te nominis nostri, maiorum institutis abhorre-  
 bat: nunc uero hoc magis, quod illa gens, quid  
 de Imperio nostro sentiret, ostendit armis: quam  
 cara dijs immortalibus esset, docuit, quod est ui-  
 ta, quod elocata, quod seruata.

Defendat profanus orator Flacci sui editum,  
 si possit. Ut autem & de Iudæis, quos alibi ait  
 natos esse seruituti, & de Pompeio loquatur,  
 quem alio loco uocat Hierosolymarium: non  
 impetravit tamen Consul, quod uoluisse uide-  
 tur, ut gens illa, in qua adhuc erat Ecclesia, excin-  
 deretur. Iosephus libro secundo contra Appi-  
 onem narrat, Apollonium Molonem aduerlus  
 Iudæos turpissimè multa nefaria scripsisse: eos  
 appellasse atheos: Mosem ut magum & im-  
 storem, eiusque leges ut impias & iniustas, mul-  
 tis conuicijs calumnijsque onerasse. Si is tam fu-  
 isset Romæ legislator, quam erat aut Grammati-  
 cus aut Rhetor, dira de ijs exterminandis edicta  
 credo compoſuiffet. Fuit autem hic Apolloni-  
 us, Ciceronis & Cæsaris præceptor. Magistrum  
 ergo in hac causa suum secutus Cicero esse uide-  
 tur, & ex illius schola in forum Senatumque Ro-  
 miam de Mosaica religione sententias attulit.  
 Quid autem Iulius Cæsar? Certè in hoc genere  
 fuit suo & præceptore & cōdiscipulo temperan-  
 tior.

## P R A E F A T I O.

11

tior. Imò uero cum rerum potitus esset, pro Hyrcano Iudæorum pontifice, & in huius gratiam pro Iudeis ecquid non fecit, edixit, statuit, decreuit? neque solum per omnes prouincias, sed & in Capitolio ipso, Romanis Græcisque literis in se incisa sua de Iudeis priuilegia æquissima fixit: quæ & deinde Iosephus, ne quando supprimenterentur, collegit, & ad omnem posteritatis memoriam commentarijs suis inclusa iterum ueluti promulgauit, libro Antiquit. 14. Ac illa quidem etiam mortuo Cæsare, Antonio & Dolabelli Coss. S. C. confirmata sunt: ipseq; rursum Dolabella, cui Syria prouincia obuenerat, suis ad Ephesios magistratus literis magis atque magis rata esse iussit. Sed & complura huius generis alia ueterum Ro. ad prouinciarum præsides & Proconsules mandata & rescripta fuisse, testis est Iosephus: quæ quidem eò præcipue pertinebant, ut Iudei liberè suis sacris operam dare possent, & in religionis causa suis legibus uterentur, Romanis non tenerentur: neque tam unius Cæsaris, quam s. p. q. r. beneficia hec erant, esseque dicebantur.

Secutus est Augustus, qui illa etiam auxit. Sue tonius quidem scribit, eum ueteres Romani, receptasque ceremonias coluisse: nouas uero atque peregrinas ita contempsiisse, ut nec in peragranda Ægypto paululum deflectere ad uendendum Apin uoluerit. Sed tanto est admirabilis, quod in Iudæorum causa singulariter fecit. Certe cum multi in prouincijs passim aduersarij, Iudeis adhuc obstarent, nec paterentur eos iure suo uti frui (ut difficilis semper fuit aduersus

Ius uim multitudinis, & præsidum inuidiam, libertatem religionis ueræ tueri, quām abs profanis etiam principibus eam impetrare ) nihil antiquius habuisse dicitur, nihil fecisse diligentius, quām ut iterum ius Iudæis relictum confirmaret, & eorum templum ornaret. Nam & utebatur Marci Agrippæ consilio, qui iniustissimum esse iudicabat, illorum religionem, quorum & templum tam augustum uiderat, & ceremonias eti non intelligerer, admirabatur, crudelibus editis aut disturbare, aut pessundare, ut ostendit Philo *ad c. n. p. 7. 8.* Decreta Augusti de Iudæis repeti possunt ex Iosephi libro 16. Antiquit. & digna profecto sunt, quæ in legum Romanarum alium referantur. Addo quod ex eodem Philonis libro *ad c. n. p. 7. 8.* didici, Augustum non solum (quod tamen Cicero tam ualde olim uituperabat) mandasse, ut aurum ex omnibus prouincijs Hierosolymam, sacrorum causa, de more posset exportari: sed & de suo fisco liberaliter multa donasse, & uictimas quæ in templo Hierosolymitanis maestarentur, quotannis misisse. Adderem & illud, quod idem Philo in Flaccum narrat: Augustum constituisse quandam Iudæorum Senatum, quo magis eorum Rempub. stabiliret. Sed hanc profecto nimium labefactauit, cum Herodis, qui & Synedrion ipsum sustulit, regnum confirmauit: nec eius incredibilem in Iudeos tyrannidem aliquando represerit. Quid immanius illo Herodis edito, de trucidandis omnibus peritis bimulis & minoribus? Augustus id tamen, quasi Iudicrum aliquid esset, tolerauit. Paulus antè quām Augustus nasceretur, propter quod-dam

## P R A E F A T I O.

53

dam prodigium Senatus censuerat, ne quis eō  
anno genitus educaretur. Sed hoc S. C. ad æra-  
tum non fuit delatum. Cur magis receptum fu-  
it Herodis decretum? quid igitur? Si ut Augusti  
tempore natus C H R I S T V S est, Christiana quoq;  
Ecclesia adoleuisset, an hunc esse alium princi-  
pem sensisset, quam Tiberium, Caligulam, Clau-  
dium, Neronem, Domitianum sensit? Evidem-  
de eo respondere non possum. Sed si Mecœnatis,  
quem de Rep. administranda consuluit, respon-  
sum & consilium audiuuit, probauitque, ut pro-  
basse uidetur: uero, ne Nero potius quispiam,  
quam Tiberius in hac causa fuisset. Age uero,  
recitat illa Mecœnatis sententia, quæ, quale  
Romanæ sapientiæ de nostra religione tunc iu-  
dicium fuisset, ueluti prædictit: & ad id quod  
nunc agimus, quærimusque, in primis condu-  
cit. Extat apud Dionem libro quinquagesimo-  
secundo, in hæc uerba: τὸ θεῖον παύτην παύτως αὐτῷ  
πρέσβειον λιατὰ τὰ πάτερα, λιατὸν ἄλλους τι μαῖν αὐτόγνα-  
γετοντος δὲ οὐχ εγνίζοντας τε περὶ αὐτὸν, λιατού μισει λιατού σε-  
κού μένον τῷ θεῷ σύνεια, ὡρ λιαταφρονήσας, οὐδὲ ἄλλου αὐ-  
τοῦ προτειμήσας, αλλὰ ὅτι λιανιά τινα δαιμονία οἱ τοιοῦ-  
ται αὐτεισφέροντες, πολλοὺς αὐτούς πειθούσιν αὐλοτρικούματα,  
λιατού τούτον λιατού συνωμοσίαι ποὺ συγάσσεις ἐταιρίατε γί-  
γνηται, ἀπὸρ ὑπιταξιονορχίας συμφέρει. Consultit  
Mecœnas, ut non solum more maiorum Augu-  
stus numen diligenter colat, sed & alios ad eum  
cultum compellat. Eos uero qui peregrinum ali-  
quid aut nouum in religione tentant, puniat  
atque coercent: non solum religionis causa, sed  
& Reip. multo magis. Nam alioqui nouæ reli-  
gionis prætextu multos res nouas moliri, & illi-  
cita

cita collegia coire, coniurationesque inde & seditiones nasci, & alia huius generis, quae Monarchiae minimè conducunt. Evidem in hoc de religione iudicio, hominis scilicet inter Romanos sapiētissimi, agnosco & causam & originem omnium uel legū uel iudiciorū, quibus in orbe Romano deinde uexati, & propè oppresi Christiani sunt. Quanquam fuerit hæc uetus, & propè perpetua omnium Romanorum prudentum sententia: ut quoniam religione mutata Remp. mutari iudicabant, & religioni Rempub. prænebant, morem maiorum potius quam ueritatem hic sequerentur: & quæcumque illis noua aut peregrina religio uideretur, eam repudiaret. Ipse Posthumius Consul, cum de abolendis Bacchanalibns uerba facit, ait: Sæpe negotium Magistratibus datum esse, ut sacra externa fieri ueterent, omnemque disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent. Nihil enim æquè absoluendæ religionis esse, quam ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Certè tale negotium multis antè annis dederat Senatus M. Attilio Prætori urbano: qui cum in concione Senatus consultum recitasset, edixit: Ne quis nō uo aut externo ritu sacrificaret. Sed fuit ne tunc sanctio capitalis? Non existimo, quanquam postea fuisse sciām. Certè Paulus Iuriscons. libro 5. Sentent. Qui nouas ( inquit ) & usū uel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. Sed & Iosephus contra Appionem testis est, Persas olim capitatis pœnam religioni peregrinę irrogasse. Et ue-

## P R A E F A T I O.

15

experti postremò sunt Christiani, quām illi  
essent seueri suorum sacrorum uindices. Quid  
multis? Omnes (inquit Cicero) religione mo-  
uentur: & deos patrios, quos à maioribus acce-  
perunt, colendos sibi diligenter, & retinendos  
esse arbitrantur. Græcorum præsertim Athenien-  
sium, qui sapientissimi habebantur, & in hoc ge-  
nere seuerissimi fuerūt, eadem oratio fuit: quod  
Socrates in Areopag. ostendit. Ac publicum at-  
que capitale iudicium τῆς ἀσεβίας in curia Areo-  
pagitica propterea exercebatur: & ex condemna-  
tione trium maximorum uirorum, Socratis, De-  
monactis, & Alcibiadis, quām esset acerbum, in-  
telligi potest. Ut iam mirari nō debeamus, quod  
Iosephus libro 2. contra Appionem narrat, non  
solum capititis supplicium aliquando decreuisse  
aduersus eos qui nouum aliquem deum intro-  
ducerent, non minus quām aduersus aliquem  
Diagoram ἄθεον: sed & mulierem quandam sacer-  
dotem extremo suppicio affecisse, quod peregrini  
nos coluisse deos. Imò uerò & qui uerbo uno  
patriam religionem læderent atque minuerent,  
religionis læsæ atque imminutæ, tanquam Ma-  
lestatis reos fuisse. Fuerint sanè tam capitales  
de religione Atheniensium leges: tamen constat,  
Athenis multos impunè impios fuisse. Quid e-  
stum de Epicureis aliud dicam? Quid? Cum illic  
esset ara ignotorum deorum, certè non obscu-  
rum erat uestigium peregrinæ religionis. Et ue-  
ro interdum leges in hoc genere latae sunt, ad  
terrendum magis quām ad uindicandum: ut mi-  
nas contineant potius, quām pœnas statim irro-  
gent: quod & de quibusdam Theodosij constitu-  
tionibus

tionibus aduersus hæreticos latis, narrant histo-  
riæ Ecclesiasticæ. Sanè Eusebius lib. 4. <sup>περι περιφ.</sup>  
indicat fuisse hoc quoddam ius Gentium, ut no-  
ua religio reprimeretur, cum eius reprimendæ  
causa dicat ubique scriptas fuisse leges capitales:  
quas quidem & Christianis obiectas fuisse signi-  
ficat. Mirum uero, quod cum alijs earum execu-  
tio sæpe infringeretur ab ipsis quoque auctori-  
bus: in orbe tamē Romano, antequam tales per-  
latae leges fuissent, fuisse in Christianos sœvitū.  
Quid igitur? Magna Ecclesiæ fuerunt certamina  
cum Iudæis, cum hæreticis, cum philosophis:  
sed maxima cum Magistratibus & Præsidibus,  
qui non uerbis & disputatione, sed ui, & armis,  
& carceribus, & gladijs, & ignibus Christianos  
fatigarunt. quanquam & Iudæi, ubi ubi potue-  
runt, uim adhibuerint: & Arriani non fuerint hu-  
maniores, cum rerum potiti sunt. Deniq; & phi-  
losophorum ea tandem rabies fuit, is furor, ut ex  
scholis suis egressi ad carnifices configerint, &  
ad sequa tribunalia tāquā ad scopulos reorū Chri-  
stianorū. Sic Crescēs ille Cynicus suā cū Iustino  
disputationē cōclusit. Sic suā Celsus est exorsus.  
Nam Origenes testatur, hoc eū principio usum  
esse, quod diceret Christianos aduersus principū  
placita cœtus nouos religionis siue nomine insti-  
tuere, & aduersus Rép. seditione coire, suāq; con-  
iurationē appellare Charitatē. Principib. ipsis  
usi Christiani plerunq; sunt equiorib. Sed Sena-  
tū & Magistratus & Iurisconsultos, duiiores ad-  
uersarios habuere. Nam etsi his mādaretur execu-  
tio atque tūtio mādatorum principalium, qui-  
bus Christianorū uniuersitas defendetur: talia  
tamen

tamē illi, quātū poterāt, mādata eludebat. Hoc Iudæi iam inde ab initio, cum ab Cyro edictū de tēpli sui instauratione impetrasset, experti sunt. Sed Christiani multo magis. Hac ego nūc histotiam totā describere nō institui: Sed interea dum instituitur integra descriptio historię Ecclesiastici facio nō inuitus, ut eā nunc partē attingā, quę ad Iuris Ro. memoriā propius accedit: & ueterū Imperatorū usq; ad Cōstantinū leges, uel priuilegia potius, de Christianis continet. Dixit olim Mutius Sc̄euola, turpe esse uiro patricio ius ignotum, in quo uersatur. Sed aliae multo grauiores causę sunt, quę pudorē nobis incutere debet, si earū, de quib. nūc loquor, legū historiā ignorem⁹. Quę Cōstantinū cōsecuta tēpora sunt, Arrianorū nempe principū, funestiora pfectò fuerūt. Illi enim et si Christiani dicerentur, tamē in Christianos, qui una in re ab ijs dissētiebāt, crudeliores q̄ ethnicī (ut appellātur) olim fuerāt, fuisse uidentur: ac ne abs collegis qđē, suis etiā fratrib. qui pī etati fauebāt, reprimi potuerūt. Qualis fuit Constantius, et si Cōstantē: qualis Valēs, et si Valētinianus Imperij cōsortē haberet. Fuit aut tanto grauior illorū tēporū hēc sœ uitia, q̄ cum Christianā religionē pessundaret, eius tamen se uindicē esse p̄fiteretur: neq; tam qui affligebāt, quām qui lāuiebant, Christiani dicerentur, ut grauissimē Basilius ad Galliæ & Italiæ episcopos scribēs ait.

Vt aut interest, cōferre ethnicorū, & (ut uocantur) hæreticorū principū uel magistratuū aduersus orthodoxos edicta: sic ediuerso, & orthodoxorū (ut etiā appellātur) qui uicissim rerū potiti sunt, leges, quas quidem de ijs qui abs sua, hoc

B B est,

est, uera religione alieni essent, uel defecissent, ceteri diderunt, non in Christiana modò, sed & in Mo saica olim Rep. comparare atq; cōmittere utile est, in primisque dignum huius etatis memoria.

Obiecit aliquádo Christianis Julianus ille aposta, q; ethnicos, & quos appellabát hæreticos, abs se dissétiētes, crudeliter statim occiderét. Cy rillus falsam esse hác caluniā respōdit: & ea recriminatione utitur, ut ab aduersarijs potius Christianos iniustissimè occidi cōqueratur. Hic certè duplex esse quæstio potest: una facti, iuris altera. Primum quæritur, an de hæreticis capitales fuerint Christianorū olim principū leges. Deinde, an tales esse debuerint. Et rursus, quia leges interdum sunt sine executione, an Christiani olim Magistratus capitali supplicio hæreticos affecerint. Deinde, an afficere debuerint. Neque de illa, neq; de hac quæstione iam respōdeo: quod si uo aliás loco & tépore copiose faciā, ubi ad Thedofru uentū erit. Video magnā in multis huius & facti & iuris ignorantia, quę nūc cœlū terrę miscet. Sed nūc illud tātūm suscepi, ut quærerē, atq; etiā respōderē, quales fuerint ethnicorū ante Cōstan tinum, Imperatorū de Christianis leges. Ad quas cum aggredior, in primis occurrit illa, quę postrema fuit Romanæ aduersus Christianos fæuitiæ πρόφατος, & ueluti extemus actus fabulæ: illa dico cōficta impudēter acta Pilati (ut appellabantur) quę ad Christiani nominis ludibriū odiumq; pu blicum abs Maximino edita sunt, & pueris quoque ipsis in literarum ludo proposita. Huic non fuisset fabulæ & caluniæ locus, si historiæ ueritas uulgo nota fuisset.

E D I-

# EDICTA PRINCIPVM ROMANORVM DE Christianis.



VID Pontius Pilatus Palæ-  
stinæ Præses de Christo sta-  
tuerit, Sacris literis memo-  
riæ proditum est. Postea-  
res illi digna else uisa est,  
ut erat, de qua tota refer-  
ret ad Tiberiū Imp. Nam  
& hoc erat in more Roma-  
norū positum, ut quod in prouincijs fieret,  
quod quidem maioris esset momenti, Præsides  
ad Principeū aut Senatum referrent. Huius mo-  
ris, quem & Pontius secutus sit, Eusebius memi-  
nit in hist. Eccles. Tertullianus in Apolog. cap.  
21. posteaquam Euangelicæ historiæ de Christo  
summa capita retulit: Ea ( inquit ) omnia super cc  
Christo Pilatus, & ipse iam pro sua conscientia cc  
Christianus, Cæsari tunc Tiberio nunciauit. Sed cc  
& Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæ- cc  
fares nō essent seculo necessarij, aut si & Christia cc  
ni potuissent esse Cæsares . Hunc ego Tertul- cc  
liani memorabilem locum descripsi, ut in primis  
intelligamus, quod huius maximè loci est. Quid  
igitur Tiberius de hac causa sensit? Id priusquā  
exponam, quippiam commemorabo, quod com-  
mode nunc mihi occurrit, & uulgo alioqui non  
est protritum. Plutarchus in libro *τερψ τῶν ἐπιδε-*  
*πομέτων Χριστιανῶν* narrat, temporibus Tiberij mi-  
tabilem quandam uocem prope insulam Paxon

## 20 EDICTA PRIN. R.

editam fuisse, ὃ μέγας παῦτερον, quæ nauigantes terruerit: & Romam delata, Tiberium ipsum commouerit, atque perculerit, ut diligenter inquireret, quid illa tandem sibi uellet. Eusebius libro quinto *περὶ αρχαστῶν*. hūc Plutarchi locum etiam notat, & uocem illam ad Christi causam pertinuisse interpretatur. Ego de ea nihil nunc pronuncio. Sed profectō eius rei memoria facit, ut quæcumque tandem ea nox & fama fuerit, Tiberium relatione Pontij commotum quoque fuisse suspicer. Quid de Christi causa, omnium profectō maxima atque nobilissima Pontius retulerit: quid Tiberius iudicarit, quid Senatus Rom. censuerit, scriptores profani tacent: nostri narrant. Tertullianus in *Apolog.* capite 5. Vetus

„ (inquit) erat decretum, ne quis deus ab Imperia tore consecraretur, nisi à Senatu probaretur: ut

„ M. Æmilius de deo suo Alburno. Idem cap. 12.

„ Status dei cuiusque in Senatus æstimatione pen

„ debat. Cuius temporis fuerit hoc decretum, ne-  
scio. Sed Romulus certè iam inde ab initio legē  
tulerat, ne Romani deos peregrinos colerent. Ci-  
cero autem in suis Legibus hanc exceptionem  
addit: Nisi publicē ascitos. Sed quod sequitur,

„ uideamus. Addit Tertullianus: Tiberius ergo,  
„ cuius tempore nomen Christianum in seculum  
„ introiuit, annunciatum sibi ex Syria Palæstinæ,  
„ quæ illic ueritatē ipsius diuinitatis reuelauerat,  
„ detulit ad Senatū, cum prærogatiua suffragij sui.  
„ Senatus, quia non ipse probauerat, respuit. Cæ-  
„ sar in sententia mansit, comminatus periculum  
„ accusatoribus Christianorum. Hunc Tertul-  
liani locum Eusebius libro secundo laudat, & in

Græcam

Græcam linguam conuersum suæ quoque historiæ assuit: & uero rem eandem pluribus uerbis exponit. Quem quidem rursus Eusebij locum Orosius, et si Eusebiū auctorem non laudat, transcriptissime uidetur, & ex Græca lingua in Latinam cōuertisse. Sic autem scribit libro septimo: Postquam passus est Dominus CHRISTVS, atq; à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædicandū dimisit, Pilatus Præses Palæstinæ prouinciae, ad Tiberium Imp. atq; ad Senatum retulit de passione & resurrectione Christi, consequentibusq; virtutibus, quæ uel per ipsum palam factæ fuerant, uel per discipulos ipsius in nomine ipsius fierebant, & de eo quod certatim crescēte plurimum fide, Deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni fauoris retulit ad Senatum, ut Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non sibi prius, secundum morem, delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusauit: edo que constituit, exterminandos esse urbe Christianos: præcipue cum & Seianus præfectus Tiberij, suscipiendæ religioni obstinatissimæ contradictioneret. Tiberius tamen editio accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. Hæc Orosius, ex Eusebio. Quanquam Eusebius non meminerit aut Seiani, aut alicuius Senatus consulti de exterminandis Christianis: neque profetatio uerisimile est, id Senatū tūc decreuisse. Satis superque fuit, orationem Tiberij non confirmasse. Marcus Antoninus, cum suam de Christianorum impunitate legem, quam postea suo loco referam, ederet, nominatim adiecit: uelle se,

Senatusconsulto etiam confirmari. Sic enim solebant cum orationibus Principum cōiungi Senatus consulta: & propterea in libris Iuris Ciuilis sēpe idem decretum, modò Principis oratio, modò Senatusconsultum appellatur. Cæterū in hac causa Tiberius id non impetravit. Mirum uero, si Seianus ei sit refragatus, & Senatui potius sit assensus: ille ( inquam ) Seianus, qui Tiberio tam ualde assentabatur, & Senatum contemnebat: quāquam qui Iudæos uexauit, ut indicat Philo in Flaccum, facile potuerit eadem ratione hic insanire. Verū, quisquis tandem fuerit, qui Senatum, ut in hac causa Tiberio reclamaret, impulerit: tanto laudandus magis Tiberius est, qui in sententia permanserit, & accusatoribus Christianorū repressis, Christiano esse cuique impunè licere uoluit. Addit Orosius, eum Iudæos urbe summoisse, eorumq; iuuentutem per speciem sacramenti in prouincias grauioris cœli relegasse. Cor. Tacitus libro secundo illud antea prodiderat. Loquens enim de temporibus  
 " Tiberij: Actum (inquit) est & de sacris Ægyptijs  
 " Iudaicisque pellendis, factumque patrum consultum, ut quatuor millia libertini generis ea su  
 " perstitione infecta, quis idonea ætas, in insulam  
 " Sardiniam ueherentur, coercendis illis latroci  
 " nijs: & si ob grauitatē cœli interiissent, uile damnum: cæteri cederent Italia, nisi certū ante diem  
 " profanos ritus exuisserint. Hæc ille. Atqui Ti  
 berius Iudæis Hierosolymitanis tamen, & eorum  
 sacris fauuisse dicitur: neque per Pilati cly  
 peos ea pollui passus est, ut & Philo *περὶ περιβελλαντες* ostendit. Dicerem, Iudæis urbe pul  
 sis,

Christianis tanto propterea magis Romam tunc patuisse. Sed non uno statim edicto exterminari Iudæi potuere. An comminationem Tiberij reformidarint hostes & accusatores religionis Christianæ, obscurum est: quia tunc Christiani nondum Römæ essent, de quorum accusatione quæreretur. Sed de Christo quæ fuerit sententia Senatus, cum audiamus: quid de Christianis tunc iudicasset, dubitare profectò non debemus. Sanè etsi Orosius scribat, edicto comminatum esse Tiberium mortem accusatoribus Christianorum: tamen neque Tertullianus, neq; Eusebius editi ullius meminit, sed solius cōminationis. Longè autem alia erat uis editi alicuius perpetui, alia temporariæ cuiusdam & simplicis comminationis. Tiberio successit Caius Caligula. Hic quantopere Iudæos uexarit, ex Iosepho & Philone *τις ηρεσίς*. intelligi potest. De Christianis nihil sciuisse uidetur. Quām miserè tunc uexati sint Iudæi abs quodam Flacco iuridico, siue præside Alexandrino, idem Philo, in eo quem de hoc Flacco scripsit libro, fuse exposuit. Et uero iam tempus erat, ut Iudeorum Resp. libertasque labefactaretur. Claudio Caium secutus est: tuncq; primùm Christianos Romæ esse cœpisse, narrat Orosius. dubitat tamen num, quod Suetonius scribit, Claudium Iudæos impulsore Christo tumultuantes Roma expulisse, ad Christianos quoque pertinuerit, uelut cognate religionis homines. Certe Lucas secundo libro historiæ Apostolicæ scribit, Aquilam Ponti cum edicto Claudij, Iudæis urbe interdicentis, Italia pulsum esse: cum tamen relicta superstitione

## 24. EDICTA PRIN. R.

one Iudaica, iam Christo nomen dedisset. Nero Claudio successit: quo imperante, primùm de Christianis Romæ publica ueluti quæstio insti-  
tuta uidetur. Suetonius simpliciter ait, tunc eos  
afflictos fuisse. Sed Cor. Tacitus diligentius rem  
totam narrat. Prius autem, hoc est, lib. 13. scribit,  
Pomponiam Græcinam, insignem fœminam,  
Plantio Britannico nuptam, superstitionis exter-  
næ ream fuisse: sed mariti iudicio permissam esse,  
qui prisco instituto coram cognatis de capite &  
fama coniugis cognouerit, & insontem pronun-  
ciauit: fortasse erat hæc matrona religionis Chri-  
stianæ rea. Quæ enim tandem alia tunc Romæ  
religio fuit, quæ quidem in iudicium capitis uo-  
caretur? Certè paulo pòst non obscurum in Chri-  
stianos odium erupit, tale tantumque, ut nulla  
magis in re se se Neronis sæuitia incredibilis effu-  
derit. Verùm tunc nō tam religionis, quam con-  
fitebantur, causa, quām incendij falso crimine  
uexati illi sunt. Quod & Cor. Tacitus fatetur,  
qui eam historiā pluribus uerbis exposuit libro  
suorum Annalium decimoquinto. Sed & Ter-  
tullianus in Apolog. Consulite (inquit) com-  
mentarios ueistros. Illic reperietis, primum Ne-  
ronem in hanc sectam, tum maxime Romę orien-  
tem, Cæsariano gladio ferocissime. Sed tali dedica-  
tore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui  
enim scit illum, intelligere potest, non nisi ali-  
quid bonum grande à Nerone damnatum esse.  
Hunc quoq; Tertulliani locum Eusebius histo-  
riæ suæ Ecclesiasticæ ascripsit. Orosius addit, Ne-  
ronem iussisse, ut in prouincijs, sicuti Romæ,  
Christiani excruciaréntur. Et Sulpitius Seuerus,

Orosio

Orosio antiquior, narrat, tunc datis legibus ueti tam fuisse religionem: palamque editis propositi, Christiano esse non licuisse. Sed huius editi Neroniani non meminerunt alij scriptores. Ve spasianus & Titus in debellandis Iudæis Hieropolymitanis occupati fuerunt: Christianorum ecclesiam, quæ relicta Hierosolymis, Pellâ com migrauerat, non dissipauerūt. Imò uero ne ipsis quidem Iudeis Alexandrinis & Antiochenisbus ius ciuitatis detrahi uoluerunt, ut testis est Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 3. Sulpitius Seuerus narrat, Titum, cum templum dirueret, Christianos non minus quam Iudeos exterminare uoluisse. Ego id affirmare non ausim. Verum successit Domitianus, qui Christianos publico iudicio *versus christianos* (ut Dio loquitur) tandem uexauit. Nero aliud quoddam crimē confinxerat abs religione alienum. Domitianus agit apertius. Christianos enim non alio nomine quam quod Christiani sint, in ius, capitique iudicium uocat. Flavium Clementem, virum consularem, collegam suum, suum & propinquum & affinem, propter confessionem religionis Christianæ, capitique condemnat. Flauiam Domicillam relegat in insulam Pontiam. Testis est Eusebius, Hieronymus, & epitome Dionis. Quāquam non solum religiosis odio, sed & rerum nouarum metu commotus fuisse: & humiles alioqui abiectosque Christianos, in quibus nullam earum suspicionem hætere putabat, contempnisse, uitamque ijs confessisse uideatur, ut Eusebius significat. Nōdum itaque perpetuum aliquod editum in Christianos editum legimus. Orosius ait, eum datis ubi que

26 EDICTA PRIN. R O M.  
que crudelissimæ persecutionis edictis , ausum  
cōuellere Christi ecclesiam . Sed Orofium uideo  
temerè multa interdum affirmare, quibus ego fa-  
cilè subscribere non ausim . Neque quod tyran-  
nus aliquis facit, publicam statim legem esse iu-  
bet : & Magistratus in iudicando non exempla,  
sed leges sequi iubentur . Melito Sardensis in  
sua ad Lucium Verum Imp. apologia, Domitia-  
num cum Nerone coniungit, & hos numerat du-  
os Christianæ religionis hostes principes . Ter-  
tullianus in Apolog. Domitianum minus accu-  
fare uidetur . Nam posteaquam de Nerone dixit,  
ait, Domitianum fuisse quidem portionem Ne-  
ronianæ crudelitatis, sed tentasse magis quam fe-  
cisse: & facile, quod cœperat, repressisse, ijs etiam  
quos relegauerat restitutis . Hanc restitutionem  
successori Neroæ ascribit epitome Dionis, cum  
quidem & alia Domitiani acta Senatus rescidi-  
set . Verum, ut Plinius ait, Pantomimos, quos su-  
stulerat Domitianus, restitui debuisse, & nihil  
minus tolli restitutos: sic & de Christianis tunc  
Romani iudicasse uidentur . Quid igitur? Qua-  
le tandem est Romanis legibus iudicium de ijs  
constitutū? Hactenus enim nihil nisi uim quan-  
dā, & sequitiā barbaram atque confusam, sine ulla  
iuris iudiciorum' ue specie, sine ullo ordine iudi-  
ciariæ quæstionis legimus . Quid Traianus? qui  
Remp. abs Domitiano perturbatā, in integrum  
restituere uoluit . Orofius ait, præcepisse, ut Chri-  
stiani, qui sacrificare nollent, interficerentur: sed  
edictum temperasse, cum Plinij, qui inter cæ-  
teros iudices persecutor datus fuerat, relatio-  
nem audiisset . Hæc Orofij descriptio, ueris falsa  
inuol-

inuoluit. Fuisse aliquod Traiani de interfici-  
endis Christianis certum edictum ante Plinij re-  
lationem non existimo. Si quod enim fuisse, Pli-  
nius non dubitassem: aut Traianum certè consu-  
lendo, eius editi mentionem fecisset. Neque Pli-  
nius iudex datus est, ut Christianos persequere-  
tur. Missus erat proconsulari potestate & impe-  
rio in Bithyniam & Pontum, ad ordinadum ea-  
rum prouinciarum statum: ipseque Traianus in  
sua ad eum epistola testatur, missum fuisse, ut ra-  
tiones publicas in primis excuteret. Casu quo-  
dam accidit, ut in Christianorum cognitionem  
incurrerit, quibus tum prouinciæ illæ redundabat. Lucas in Bithyniam Paulum apostolum ire  
noluisse significat: non iuuisse tamen. Sed uicina  
erat Galatia, ubi ecclesia Christiana ita coalue-  
rat, ut in Bithyniam atque Pontum colonias su-  
as facile deduxerit. Quid de ijs cognoverit Pli-  
nius, cum in rem præsentem uenisset, Traiano  
scripsit: quid de ijs iudicarit, narrat: quid in poste-  
ram & in uniuersum statuere debeat, petit. Tan-  
dem Traianus, quid opus esse facto putet, rescri-  
bit: ut non solum in causa Pôticorum aut Bithy-  
norum Christianorum id sequatur Plinius, sed  
& alij præsides in suis prouincijs obseruent. At-  
que hoc quidem primum rescripto lex Romana  
de Christianis, certaq; cōstitutio aliqua edita fu-  
isse uidetur. Quid in mentem Functio uenerit,  
ut ex Hispania Plinium de his retulisse scribat,  
nescio. An quia Hispanus fuit Traianus, Ori-  
tem cum Occidente permiscebimus? An tunc  
Hispaniam, nō minus quam Asiam, Christianis  
refertam fuisse credemus? Sed historiam perse-  
qua-

## 28 EDICTA PRIN. R.

quamur. Plinius in Asiā appellens, Ephesum metropolim primūm intravit: sicuti ad Traianū scribit. & in Pāde&tis cap.4. De off. proc. Vlpian⁹ affirmat, pr̄sides aut Proconsules in Asiam mis-  
fos debuisse Ephesum appellere. Maxima tūc e-  
rat Ephesi ecclesia Christianorū, sicuti etiā Smyr-  
næ: & recens erat memoria Ioannis apostoli, qui  
ijs in locis cōetus suos collegerat. Sed Plinius in  
aliena prouincia de Christianis non cognoscit.  
Cum in suam uenit, hanc certè quæstionem mi-  
nimè neglexit: neque Remp. ea neglecta, rectè  
constituere se posse putauit. Vlpianus in Pande-  
tis ait, statim atque in aliquam celebrem ciuita-  
tem uel prouinciæ caput Proconsul uenit, debe-  
re aedes sacras circuire atque inspicere. Id Plini-  
um fecisse constat. Abs Christianis eas desertas  
esse uidet. cōetus tamen eorum frequentes esse,  
sed tranquillos, & modestos, & innoxios. Quid  
faceret? Neronem aut Domitianum imitari non  
solebat: rem totam negligere non audebat. Le-  
gerat Liuium diligenter, testem moris antiqui.  
Liuius duo publicarum animaduersiōnū e-  
xempla illustria narrat: alterum libro 25. libro  
39. alterum. Hæc fortasse Plinio in hac deli-  
beratione occurrabant: sed dissimilem hanc esse  
causam uidebat. Quid multis? Totam hanc ro-  
gationem ab ipsis auctoribus perscriptam audia-  
mus. Incredibile est enim, quantum hæc Plini⁹  
consultatio, Traiani⁹ responsio conferat ad il-  
lustrandam eorum temporum historiam Eccle-  
siasticam: cuius alioqui obscura tenuisque me-  
moria ( nam fabulas quæ circumferuntur, nihil  
moror ) superest in tanta ueteris Ecclesiæ, quæ  
Apo-

## DE CHRISTIANIS. 29

Apostolos statim cōsecuta est, propē obliuione,  
& antiquorum eius monumentorum amissio-  
ne. Hæc Plinij relatio scripta est annis ad sum-  
mum 40, post Pauli apostoli mortem: diligen-  
terque est cum ipso Traiani rescripto ab iplis e-  
tiam Christianis olim conseruata, & uero sæpe  
aduersariorum de Christianis turpisimè multa  
confingentium calumnijs opposita. Tertullia-  
nus in Apolog. Inuenimus (inquit) inquisitio-  
nem quoque in nos prohibitam. Plinius enim  
Secundus, cum prouinciam regeret, damnatis  
quibusdam Christianis, quibusdam gradu pul-  
lis ipsa tamē multitudine perturbatus, quid de-  
ceterò ageret, consuluit tunc Traianum Imp. al-  
legans, præter obstinationem non sacrificandi,  
nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quām  
cœtus antelucanos ad canēdum Christo & Deo,  
& ad confœderādam disciplinam: homicidium,  
adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scele-  
ra prohibentes. Tunc Traianus rescripsit, hoc ge-  
nus quidem inquirendo nō esse: oblatos uero,  
puniri oportere. Hunc Tertulliani locum, qui  
etiam ueluti argumentum continet eorum de  
quibus nunc agendum est, Eusebius libro tertio  
historiæ Ecclesiastice eandem historiam com-  
memorans, laudat.

## PLINIUS TRAIANO.

Solenne est mihi Domine, omnia, de quibus  
dubito, ad te referre. Quis enim potest melius  
uel cunctationem meam regere, uel ignoratiā  
instruere? Cognitionibus de Christianis interfui  
nunquam:

nunquam: ideo nescio, quid & quatenus aut  
puniri soleat, aut queri. Nec mediocriter hæsi-  
taui, si ne aliquod discrimen etatum, an quam-  
libet teneri nihil à robustioribus differant: de-  
tetur ne pænitentia uenia, & an ei qui omnino  
Christianus fuit, desisse non profit. Nomen ip-  
sum, etiam si flagitijs careat, an flagitia cohaeren-  
tia nomini puniantur. Interim in ijs qui ad me  
tanquam Christiani deferebantur, hunc sum se-  
cucus modum. Interrogavi ipsos, an essent Chri-  
stiani: confitentes, iterum ac tertio interrogavi:  
supplicium minatus: perseverantes, duci iussi. Ne-  
que enim dubitabam, qualemque esset quod fate-  
retur, peruicaciam certe, & inflexibilem obsti-  
nationem debere puniri. Fuerunt alij similis ar-  
mentiae: quos, quia ciues Romanierant, adnota-  
ui in urbem remittendos. Mox ipso tractatu, ut  
fieri solet, diffundente se criminis, plures species  
inciderunt. Propositus est libellus sine auctore,  
multorum nomina continens, qui negant se esse  
Christianos, aut fuisse: cum præeunte me deos ap-  
pellarent, et imagini tuæ, quam propter hoc ius-  
seram cum simulacris numinum adferri, thure  
ac uino supplicaret, prætere a maledicerent Chri-

## DE CHRISTIANIS.

31

Pro (quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt  
revera Christiani) dimittendos putavi. Alij  
ab indice nominati, se esse Christianos dixerunt,  
& mox negauerunt: fuisse quidem, sed desisse,  
quidam ante triennium, quidam ante plures annos,  
non nemo etiam ante uiginti quoque. Omnes  
& imaginem tuam, deorumq; simulacra ue-  
nerati sunt: iij & Christo maledixerunt. Affir-  
mabant autem hanc fuisse summam uel culpæ  
sua, uel erroris, quod essent soliti statu die ante  
lucem conuenire, carmenq; Christo quasi Deo  
dicere secum inuicem: seq; sacramento non in-  
sculus aliquod obstringere, sed ne furia, ne latro-  
cinia, ne adulteria committerent, ne fidem falle-  
rent, ne depositum appellati abnegarent. qui-  
bus peractis, morem sibi discedendi fuisse: rur-  
susq; coeundi ad capiendum cibum, promiscuum  
iamen, & innoxium. Quod ipsum facere desis-  
se post edictum meum, quo secundum mandata  
tua & heterias esse uerueram. Quo magis ne-  
cessarium credidi, ex duabus ancillis, que mini-  
stræ dicebantur, quid esset ueri & per tormenta  
quaquerere. Sed nihil aliud inueni, quam super-  
fluvionem prauam, & immodicam: ideoq; dila-

## 32 EDICTA PRIN. RO.

ta cognitione, ad consulendum te decucurri. Vis  
sa est enim mihi res digna consultatione: maxi-  
mè propter periclitantium numerum. Multit  
enim omnis aetatis, omnis ordinis, utrinq; sexus  
etiam, uocantur in periculum, & uocabuntur.  
Neq; enim ciuitates tantū, sed uicos etiam atq;  
agros superstitionis istius contagio peruagata est:  
quæ uidetur sisti & corrigi posse. Certe satis con-  
stat, propè iam desolata templa cepisse celebrari,  
& sacra solennia diu intermissa repeti, passim  
uenire uictimas, quarum adhuc rariissimus em-  
ptor inueniebatur: ex quo facile est opinari, qua-  
turba hominum emendari possit, si sit pæniten-  
tiæ locus.

## TRAIANUS PLINIO.

Actum, quem debuisti, mi Secunde, inex-  
cutiendis causis eorum qui Christiani ad te de-  
lati fuerant, secutus es. Neque enim in uniu-  
ersum aliquid, quod quasi certam formam habe-  
at, constitui potest. Conquirendi non sunt. Si de-  
ferantur, & arguantur, puniendi sunt: ita ta-  
men, ut qui negauerit se Christianum esse, idq;  
re ipsa manifestū fecerit, id est, supplicando dix-  
nostris, quamvis suspectus in præteritum fuerit,  
ueniam

ueniam ex pænitentia impeiret. Sine auctore  
uerò propositi libelli, nullo crimine, locū habere  
debent: nā & pessimi exēpli, nec nostri seculi est.

(Cognitionibus de Christianis interfui nunquam.) Le-  
gerat Plinius Annales Cor. Taciti, familiaris sui.  
In ijs legerat, quid tempore Neronis iudica-  
tum de Christianis fuisse, & quam inhumani-  
ter in eos sœvitum. Sed & tempore Domitiani,  
quio etiam Prætor ipse fuit, tales potuit multos  
Romę reos uidere. Verùm ut Seneca secessisse di-  
citur, cum Nero in Christianos sœuiret: sic Plini-  
us Domitiani sœvitiam oderat. Et uerò cur tunc  
forum & tribunal fugeret, magna causa fuit. I-  
gnatius (ut narrat Hieronymus) & Simeon (ut  
scribit Eusebius) duo ueluti duces Christiano-  
rum, ille Antiochia, hic Hierosolymis Romam  
pertractus, propter religionis confessionem, ca-  
pitatis poenas dederunt. Sed ex iudicium numero  
non erat Plinius. Cognitiones hic uocat, capita-  
les quæstiones. Hæ sic erāt meri imperij, ut cum  
iurisdictione Prætoris nihil haberent commu-  
ne. Sed cum merum imperium, quod quis ex le-  
ge acceperat, mandare alteri non posset, rectè ap-  
pellatur cognitio: sicuti & cum Prætor de ali-  
qua causa ciuili ipse iudicabat. Ut autem extraor-  
dinariæ Prætoris cognitiones multæ de re pecu-  
niaria erant, sicuti ex Pandectis intelligi potest:  
sic & erāt captales quedā quæstiones cognitio-  
nis extraordinariæ, ut & crimen extraordinariū  
abs Iureconsultis appellatur. Eius generis uidetur  
Romæ fuisse crimen religionis Christianę. Nam  
neq; de eo certa quedam & publicalex lata erat.

CC Nec

*Nec mediocriter hæsitaui, sit' ne aliquod discrimin<sup>etd-</sup>  
tum.)* Huic dubitationi non respondet Traia-  
nus. Quærebat autem hoc Plinius: quia, ut pau-  
lo post ait, omnis ordinis, omnis ætatis, utriusq;  
sexus multi uocabantur in periculum. Sed pro-  
fessò Romani Iurisconsulti magnum huius ge-  
neris discrimin in pœnis irrogandis esse, sæpe  
monuerunt. Ac ut de ætate nunc tantum loqua-  
mur, de qua quæritur: primùm definiunt, quæ  
sit delicti (ut loquuntur) capax. Deinde, et si ta-  
lis sit, si tamen adhuc est minor annis xxv, aiunt  
eius miseratione flesti iudice posse ad mitiorem  
pœnam. Non dubito hæc placuisse Traiano. Sed  
minimè tamen placuerunt multis postea præfi-  
dibus, in causa Christianorum. In epistola ec-  
clesiæ Lugdunensis legimus, quendam puerum  
Poticum uix annos quindecim natum, cum ma-  
tre Blandina, propter confessionem religionis  
Christianæ, crudelissimas pœnas Lugduni de-  
disse. Factum id fuit tempore Antoninorum. Sa-  
nè & Arnobius & Lactantius, in pueros & mu-  
lierculas sœ uitum quoque fuisse hoc nomine,  
scribunt.

*Detur' ne pœnitentiae uenia.)* Dari, rescribit Tra-  
ianus. Sed Plinius id statuere ipse non audebat.  
Nam principis est, non alicuius præsidis aut iu-  
dicis, pœnam condonare, aut ueniam dare. Itaq;  
& Cicero pœnae depreciationem non in iudicio,  
sed in Senatu locum habere posse, ait. Erant qui-  
dem iam tempore Plinij, ut nostrorum Iuriscon-  
sultorum, arbitrariæ pœnae. Sed impunitas reo-  
rum uel confitentium, uel conuictorum, non e-  
rat arbitrij Proconsularis.

Nomen

Nomen ipsum etiam si flagitijs careat, an flagitia cohætentia nomini puniantur.) Cum Traianus simpliciter rescribit, Christianos esse puniendos: neque aliam causam pœnæ requirit: satis significat, nomen ipsum puniri. Et Tertullianus in Apolog. ostendit nihil fuisse, quod in Christianis puniretur, præter nomen. Tantum huius nominis odium fuisse: cum tamen ne eius quidem uerbi significatio, ut ab aduersarijs proferebatur, quicquam præ se ferret, quod non esset amabile. Eadem est Iustini querimonia in Apolog. Et uero cum damnabantur Christiani, hoc solo plerunque nomine damnabantur. Tertullianus ait tabellam damnationis tantum continuisse, reum esse Christianum. Eadem tabella, cum ad suppli ci locum uentum erat, præferebatur. Ut cum in amphitheatro Lugdunensi olim Attalus, iam damnatus circunduceretur, prælatam fuisse tabulam, in qua scriptum erat, HIC EST ATTALVS CHRISTIANVS, narrat uetus Ecclesiæ Lugd. epistola. Cumque ijsdem temporibus in Asia Polycarpus ad supplicium duceretur, iussu præsidis præconem ter uociferatum esse, POLYCARPVVS CHRISTIANVM ESSE SE CONFESSVS EST, testatur epistola ueteris ecclesiæ Smyrnensis. Est autem hoc moris antiqui, ut cum de damnatis supplicium sumeretur, causa damnationis populo publicè exponeretur per tabellam, uel uocem præconis.

Confiteentes, iterum ac tertio interrogati, supplicium minatus.) Vbi reorum confessio omnē facti quæstionem tollit, nullaque eius defensio est, quæ iuris quæstionem moueat, nihil superest quam ut

## 36 EDICTA PRIN. R.O.

iudex confessos damnet. Sed non statim confessio omnem tollit facti questionem. Cato apud Salustum, de Catilinarijs loquens, ait: De confessis, sicut de manifestis rerum capitalium, supplicium sumendum esse. Sed loquitur de confessis simul, & conuictis. Liuius de antistitibus Bacchanalium agens: Adducti (inquit) ad Consulem, fassique de se, nullam moram iudicio fecerunt. Sed confitebantur, quod iam erat etiam compertum. Sanè Vlpianus cap. 1. De quaest. ait Seuerum Imp. rescripsisse, confessiones reorum pro exploratis criminibus haberi non oportere, si nulla probatio religionem iudicantis instruat. Idem: Si quis (inquit) ultiro de maleficio confiteatur, non semper ei fides habenda est. Non iunquam aut meru, aut alia causa in se confitentur. Sed & Tertullianus in Apolog. cum dixisset leges praescribere, ut confessi damnentur: tamen addit, non esse sola confessione contentos iudices, sed & consequentia exigere, qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, &c. Verum cur confessos toties interrogaret Plinius, illa etiam causa fuisse uidetur, quod paulo post narrat, quosdam, qui se Christianos erant confessi, mox negasse: & illis uellet integrum esse infirari, ac supplicij etiam minis ad inficiacionem reuocaret: non solum quod absoluere fortassis negantes, quam damnare confessos mallet: sed etiam, quod tum demum iusti uideretur, cum propter inficiacionem liberabantur. Itaque & praesides multis post annis hoc in primis egerunt, ut tormentis adhibitis potius confessos adigerent ad inficiacionem, quam inficiantes ad confessionem: tametsi

tametsi aduersus omnem & legum rationem, &  
iudiciorum ordinem id fieret. Iustinus in A-  
polog. Tertullianus in Apolog. Cyprianus con-  
tra Demetrium, Arnobius libro 8. Laetantius li-  
bro 5. (ut ducētis propè annis post Plinium hoc  
fecisse iudices intelligamus) hac de re conque-  
runtur. Idem Tertullianus ad Scapulam, Cartha-  
giensem præsidem: Quid amplius (inquit) tibi  
mandatur, quām nocentes confessos damnare,  
negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis  
ergo, quomodo ipsi uos contra mandata faciatis,  
ut confessos negare cogatis. Adeò confitemini  
innocētes nos esse, quos damnare statim ex con-  
fessione nō uultis. Sed & Laetantius (ut in pro-  
vincia Plinij nunc consistamus) narrat se uidisse  
in Bithynia præsidē gaudio mirabiliter elatum,  
tanquam barbarorum aliquam gentem subegi-  
set: quod unus Christianus, qui per biennium  
magna uirtute restiterat, postremò cedere uisus  
eret. Si quis non existimat Plinium Bithyniæ  
proconsulem tam uanum & ineptum fuisse, exi-  
stimet à sanguine abhorruisse Christianorum. Sa-  
nè & ille procōsul Afia, qui Polycarpū interroga-  
bat, interrogādo suadebat, ut negaret se Christia-  
nū esse: ut & cum olim non nisi cōfessi parricidæ  
damnarentur, Augustus quem absoluere cupie-  
bat, sic interrogasse dicitur, ut ad inficiationem  
potius quām ad confessionem eum inuitaret,  
Nunquid patrem tuum occidisti? Tales etiam  
olim quidam fuerunt iudices in causa Christianorū.  
Tertullianus ad Scap. scribit, præsides  
multa in ea sāpe dissimulasse: & Cincium Seue-  
rum etiam deditse remedium, quomodo respon-

## 38 EDICTA PRIN. R.

derent Christiani, ut dimitti possent. & alium quendam inter aduocatos & assesores esse professum, dolere se in talē causam incidisse. Sanè quod Traianus rescripsit cap. 1. de Quæst. nemini de suspicionibus damnari debere, credo in his causis Plinium secutum esse.

Perseueratē duci iussi.) Sic Tertullianus ad Scap. Christianos nonnullos qui se ad tribunal cuiusdam Arrij Antonini proconsulis Asiæ obtulerat, duci iussos ait. Iurisconsultorum est hoc uerbum, cum uel in ius, uel in carcerem, uel ad supplicium aliquem abripi significant. De eo qui in ius uocatur, si ultrò non sequatur, ducendo uel trahendo, multa sunt in Pandectis. Sed hæc significatio huic loco non conuenit. Conueniret illamagis, ut in carcerem ductos intelligamus: sicuti & Iurisconsulti respondent, reos confessos in uincula publica conijciendos esse, donec de ijs pronuncietur. Cum Cicero de Verre ait, Quisquis ductus erat Senator, duci iubebat: creditur utranque huius uerbi significationem complexus. Sed tertia fortasse huic loco magis quadribit, ut ad supplicium duci iussos, perseuerantes Christianos, intelligamus. sicuti Suetonius de Caligula loquitur: Stans intra porticum à caluo ad Caluum duci iubebat. Non dissimilis apud Græcos est significatio uerbi ἀπάγεσθαι: & in Sa-  
cris quoque literis extat, Act. 12.

Neque enim dubitabam, qualemque esset quod faterentur, peruicaciam certè & inflexibilem obstinationem debere puniri.) Mira uero profani hominis, & causam, de qua pronunciat, non intelligentis, confidencia de religione, hoc est, de re maxima quarebatur.

tur. Causa capit is agebatur. Audit, reos quidem factum fateri: sed constanter defendere, se iure facere, atque adeò piè & religiose. Quid illud tandem sit, neque intelligit, neq; inquirit: & tamen non dubitat damnare. Certè religionem non abijcere, improbae obstinationis non est, sed optimæ constantiæ. Et uero nihil magis multitudinem attunitam olim ad religionis huius admirationem inuitabat, quam Christianorum religiosa obstinatio. Illa ipsa obstinatio ( inquit Tertulianus ) quam exprobratis, magistra est. Neque tam solus Bithyniæ procōsul Plinius eam exprobrauit: multis post eum annis in eadem Bithynia impius philosophaster declamitauit in pertinacem obstinationē Christianorum, ut Lactantius lib. 5. cap. 2. narrat. Tertullianus in Apolog. cap. 2. scribit, Plinium in Christianis accusasse obstinationem non sacrificandi. Item cap. 27. ait, eos obstinationem talem præferre suæ uitæ, & pro fidei obstinatione damnari. Sed & adversarios, eorum fidem appellare præsumptionem. Posteriores illi tyrani Galerius & Maximinus, aliter quam hic Plinius iudicet, iudicarunt, cum infelixibilis Christianorum obstinatio esset, & nullas pœnas reformidaret, pœnas, quibus nihil proficeretur, esse remittendas: ὅποτε τῇ τοιούτῳ οἰκονομίᾳ συνελάσσει συνίγγει αὐτοὺς μαδεῖ τρόπῳ πεινασθεῖσιν, ὅπως ἀπὸ τοῦ τοιούτου σιγάσσειν αὐταχθέσθαι, ut illorum tyrannorum nomine rescripsit Sabinus præfectus prætorio Orientis.

Fuerunt alij similis amictiæ.) Christianos olim diuos fuisse furiosos, insanos, stultos, fatuos, dementes, intelligi facile potest ex Iustino, Tertuliano,

## 40 EDICTA PRIN: R O.

Iiano, Arnobio, Laetantio, Eusebio. Tertulliani  
unū ex multis locum ascribam ex Apolog. cap.  
» 27. Quidam (inquit) dementiam existimant,  
» quod cum possimus & sacrificare in præsenti, &  
» illæsi abire, manente apud animum proposito,  
» obstinationem saluti præferamus.

*Quos, quia ciues Romani erant, adnotauit in urbem re-  
mittendos.) Hoc quoque uerbum Adnotandi pla-  
nè est Iurisconsultorum. Adnotare dicitur iudex,  
cum aliquid decernit, quod scribi & in acta refer-  
ri iubet. Iurisconsulti solent dicere, absentes re-  
os adnotari requirendos: in titulo Pand. De re-  
quirendis reis. Hic uero Plinius ediuerso, presen-  
tes adnotat, aliò remittēdos. Remittebat autem  
cum elogio & notarijs, ut tunc etiam loqueban-  
tur Iurisconsulti. Quod adius ciuium Rom. atti-  
net, quo & Paulus apostolus usus est, duæ uete-  
res fuerunt leges, Porcia & Sempronia. Illa caue-  
bat, ne quis ciuem Rom. uirgis cæderet, neca-  
ret'ue: sed damnato exilium permitteret. Sem-  
pronia uero, ne de capite ciuium Rom. inius-  
su populi iudicaretur. Itaque Cicero Verr. 7. ait  
hanc uocem, CIVIS R O. SVM, multis sæpe in ul-  
timis terris opem, etiam inter barbaros, & salu-  
tem attulisse. Etsi autem tempore Traiani iam  
ualde imminuta essent uetera ciuium Rom. iura:  
tamen ea Plinius planè sublata esse non putauit.*

*Propositus est libellus sine auctore.) Tales libellos  
non esse recipiendos, rescribit Traianus.*

*Et imagini tuæ, quam propter hoc iusseram cum simula-  
cris Numinum adferri, thure & uino supplicarent.) Traia-  
nus rescribit, negantibus se esse Christianos, ita  
demum ueniā dari debere, si re ipsa manifestum  
id*

## DE CHRISTIANIS.

41

id faciant, supplicando dijs. Nunc nimia est Plinius assentatio, qui Traianum inter deos refert. quem tamen in Paneg. laudat, quod delubra ingredieretur, non ut adoraretur, quemadmodum Domitianus fecerat, sed ut adoraret; quodq; statuas deprecaretur, & unam tantum aut alteram, eamque æream, in uestibulo templi Capitolini stare uoluisset.

*Præterea maledicerent Christo.) Hic impietatis culmus est: quem & paulo post cum idolatria rursus coniungit. Sic & postea proconsul Asiæ Polycarpum captum eò adigere conatus est: sed cum reo forti & constati sibi rem esse sensit. Extat fragmentum uetus cuiusdam epistole Smyrnensis ecclesiæ, de hoc certamine. narrat, pro consulem Polycarpo imperasse: λοιδόρησον τὸν χριστὸν, Cōuiciare Christo. Polycarpum uero respondisse, ὅγδοήνοτα λικὲς ἐτηλουλούνω αὐτῷ, λικὲ οὐδεὶς με κατέπιε, πῶς οὐδεμια βλασφημία τὸν βασιλέα τὴν σώσαντά με: hoc est, Octoginta sex annos iam illi seruio, neque me ulla unquam in re læsit. qui fieri posset, ut huic regi meo & seruatori maledicam?*

*Quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt reuera Christiani.) Non debebat dubitare Plinius, nihil abs religione Christianorum magis alienum esse, quam idolatriam cum tali blasphemia coniunctam: neque tam multa requirere impietatis argumenta, ut aliquem non esse reuera Christianum crederet. Sola & simplici inficiatione contentus esse debuerat. Sed bene habet, quod interea confiteatur, reuera Christianos non fuisse, illos idololatras, atque blasphemos. Quale iudicium fuerit ueteris Ecclesiæ de lapsis, aut sacrificia*

42 EDICTA PRIN. R.O.  
tis (ut tunc loquebantur) ex Tertulliano & Cy  
priano facilè intelligi potest.

*Alij ab indice nominati.) Asconius ait, indicem es-  
se, qui facinoris, cuius est conscius, latebras indi-  
cat impunitate proposita. Multum quidem ab  
accusatore differebat. Sed ab indice delatus, si  
conuinceretur, non minus quam si ab accusato-  
re conuictus esset, puniebatur. solamq; repetun-  
darum causam excipit Asconius, quæ per indi-  
ces agi non soleret.*

*Non nemo etiam ante uiginti.) Viginti annorum  
præscriptio crimen extinguit, Iure Ciuii.l.12.C.  
ad leg. Corn. de falf.*

*Affirmabant autem hanc fuisse summam.) Bene habet,  
perfidos illos desertores nihil hic affingere,  
Christianis cœtibus indignum : & profanū Pro-  
consulem simpliciter & ingenuè, quod accepit,  
commemorare. Quam non solum putida, sed e-  
tiam indigna eo tempore de Iudæis, & eorum sa-  
cris & antiquitatibus scribebat uel Cor. Taciti-  
tus lib. 21. Annal. uel Plutarchus in Symposiac.  
Certè uerecundius de Christianis tunc loqueba-  
tur Lucianus in Pereg. Cum eo nunc Plinij hác  
relationē coniungo. nam & eiusdē temporis est.  
Quam fuerint paulo pōst impudētes aduersarij,  
ut turpisima quæque de Christianis confige-  
rēt, postea dicam. Interea meminerimus, sic iam  
abs Plinio describi summam religionis Christia-  
næ, ut ab homine profano, qui externā ad sum-  
mum formam solam uidere potuit.*

*Stato die.) Statum diem appellant Iurisconsul-  
ti, certum & constitutum, ut in condictionibus  
esse solebat, Habant autem ueteres Christiani  
certos,*

certos, & (ut ita loquar) solennes, quibus præcipue conuenirent, suos dies. Iustinus in Apolog. testatur, die Solis (ut loquitur) frequentiores fuisse, & ordinarios eorum cœtus. Nos diem Dominicum appellamus: sicuti & Ioannes ipse in Apocalypsi appellat. Paulus Hebræorum more uocat primam Sabbatorum: qua die Christianos etiam conuenisse significat. Tertullianus in libro de Fuga in persec. meminit Dominicorum solennium: & in Apologetico, capite 16. fatetur Christianos, diem Solis, læticiae induluisse. Iustinus addit, cur status esset hic dies Christianæ synaxeos, nempe propter memoriā Dominicæ resurrectionis: & interea notat aduersariorum inertias, qui cauillabantur, abs Christianis adorari Solem. Nam & audierant, eos ad Oriētem conuersos, solere suas preces cōcipere. Ceterū nūl alioqui superstitionis olim fuit dierum discrimen apud Christianos,

*Ante lucem conuenire.) Antelucanos cœtus Christianorum comperisse Plinium, ait Tertullianus in libro De coro. mil. Cicero antelucanas uocat cœnas Catilinariorum, qui tota nocte perpotabant. Sed Christianorum & cœtus antelucani pij & cœnæ sobriæ profecto erant. Idem Tertullianus libro 2. ad ux. meminit eorum nocturnæ conuocationis. Denique in libro de Fuga in persec. significat, si interdiu non poterant, noctu collectos illos fuisse. Sed & nocturnarum precum mentionem facit in Apolog. Sanè Arnobius libro octavo testis est, suo adhuc tempore aduersarios Christianis obiecisse atq; exprobrasce nocturnas congregations, & occulta atque nocturna*

## 44 EDICTA PRIN. R.

na sacra: & in eos exclamasse, LATEBROSA ET  
LVCIFVGAX NATIO, &c. Non fugiebant certe  
Iucem, non quærebant latebras, non amabant te-  
nebras Christiani. Sed quid facerent? Interdictu  
ijs erat locis publicis, & ipsa propè luce solis, ut  
igni & aqua. Certè ubi licuit, in aperta & publi-  
ca luce conuenerunt. Tertullianus ipsis Valenti-  
nianis exprobrat secretos & absconditos cōuen-  
tus atque initiationes. de Christianis autem ita  
loquitur: Nostræ columbæ domus simplex, e-  
tiam in editis semper & apertis, & ad lucem, &c.  
Interea uero ubi id nō licebat, noctu etiam Chri-  
stianos conuenire iubet. Nam in libro de Fuga  
in persec. scribens ad Fabium presbyterum: Si  
(inquit) colligere interdiu non potes, habes no-  
tem, luce Christi luminosi aduersus eam, &c.

Carmenq; Christo quasi Deo dicere secum inuicem.) A-  
pud Tertullianum est: Ad canendum Christo, &  
Deo. Apud Eusebium: τὸν χριστὸν θεὸν διηλύταρον.  
Tiberius ad Senatum cum prærogatiua sui suf-  
fragij detulerat, de Christo inter deos referendo.  
Id non placuit Senatui. Tanto itaque magis in-  
digne ferebant præfides Rom. hunc nihilomi-  
nus tanquam Deum coli: præsertim quem cru-  
ci affixum fuisse audiebat. Sed Christiani eorum  
iudicia non morabantur. Fuit quidem abs mul-  
tis hereticis oppugnata Christi æterna diuinitas.  
Sed Ecclesia in eius confessione, atque etiam de-  
fensione perstitit. Plinius carmen uocat, Roma-  
no more, quod conceptis uerbis dicitur. Iusti-  
nus scribit, præeunte ministro conceptas fuisse  
publicas Christianorum preces, totumque po-  
pulum assentientem respondisse AMEN. Nullius  
autem

autem cantus meminit. Et sane carmen quoque Latinè dicitur, precatio præscriptis uerbis con- cepta. Sed Tertullianus carmen hic intelligit, quod canebatur. Idem in Apolog. capite 39. lo- quens de coniuicio Christianorum, de quo pau- lo pòst agemus: Post aquam manualem (inquit) & lumina, ut quisque de scripturis Sanctis uel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Idem lib. 2. Ad ux. ait, Christianos fæse mutuò prouocasse, quis melius Deo suo ca- neret: neque solum in Ecclesia aut cœtu, sed & in priuatis Christianorum ædibus, psalmos con- cinnuisse ait. Certè in ijs, ut in Ecclesia, preces so- nuisse, scribit Cyprianus ad Mart. Sed & Clemēs Alexandrinus lib. 7. *τρωμ.* indicat moris fuisse, ut cum cibum sumerent Christiani, psalmi hym- ni que personarent. In Pædag. accusat mulieres quasdam, quæ lasciuis canticis operam dabant. Interea tamen indicat, quām hoc esset ab Eccle- sia & disciplina Christianorum alienum. Mit- to, quæ Ecclesiasticæ historiae narrant de cantu posteriorum Christianorum. Illud magis est hu- ius loci, quod Eusebius libro quinto histor. Ec- cle. citat uetus quædam commentariorū Chri- stianorum fragmenta, in quibus legimus, mul- tas abs Christianis iam inde ab initio cōpositas odas fuisse, & psalmos decantatos, quibus Chri- sti diuinitas celebrabatur. uerba sunt hæc: φαλ- ηι δὲ ἔστι, λιαὶ ψόλαι ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ τιστῶν γραφεῖ- σαι, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες;  
 Seq; sacramento non in celus aliquod obstringere.) Sa- cramentum ueteres Latini appellabant æs illud, quod apud Pontificem deponebant litigatores,

## 46 EDICTA PRIN. R.O.

ut scribit Varro. Nam eius qui uincebatur, multa quædam fuit, ut hæc pecunia sacris tuendis impenderetur. Postea sic appellatum est iusituran dum militare: sicuti cōiuratio appellabatur, cum uno prœeunte multi, qui conuenerant, iurabant. Sic Plinius uidetur hoc uerbo nūc uti. Tertullianus confœderationem disciplinæ uocat: sed iurisitrandi non meminit. quāquam in baptismo Christianorum fuerit solennis contestatio, & sacrosanctæ fuerint stipulationes, sponsionesque, quarū & Iustinus & Tertullianus meminerunt. Hi etiam saepè mentionem faciunt exorcismorū, sed eos aliò referunt. Tertullianus primus uidetur sacramenti uocem, quasi significaret quod Græci mysterium uocat, retulisse ad cœnam Domini. Nam sacramentum Eucharistiæ uocat, & id in antelucanis cœtibus de præsidentium manu sumpsiisse Christianos ait, in lib. De coro mil. Idem in Apolog. cap. 7. Sacramentum infantici dij uocat, cuius accusabatur Christiani: quasi secretum dicas, aut arcanum. Saepè etiam hoc uerbo simplicem religionis Christianæ formulam, aut confessionem saepè uocat. Sic Christianum sacramentum appellat in libro contra Prax. Laetantius, qui est etiam magis Latinè & purè & propriè alioqui locutus, apostamat quendam ita describit: Qui religionis, cui fuerat affensus, & filii dei, cuius nomen induerat, & sacramenti quod acceperat, proditor factus est: lib. 5. cap. 2. Sane Liuius lib. 39. narrat, olim Romæ in Bacchanib⁹, & nocturnis eorū sacrī, fuisse quasdam ex carmine sacro, prœeunte uerba sacerdote, precationes, in quibus nefanda coniuratio in omne facinus

facinus ac libidinem continebatur: taliꝝ ( ut  
 etiam loquitur ) sacramento initiatos multos  
 tunc fuisse. Non dissimilia de Christianis postea  
 conficta fuere. Atque ut olim ueteres quidam di-  
 xerunt, Catilinam, cum ad iusurandum ( sicuti  
 ait Salustius ) populares sceleris sui addiceret, hu-  
 mani corporis sanguinem uino permixtum in  
 pateris circutulis: inde cum post execrationem  
 omnes degustassent, sicuti in solennibus sacris fi-  
 eri consueuit, aperuisse consilium suum: atq; eò  
 fecisse, quò inter se magis fidi forent, tanti facino-  
 ris cōscij. Sic ille apud Arnobium Cecilius Chri-  
 stianos dicitat, cum coeunt, infantis occisi san-  
 guinem lambere: hac fœderari hostia, hac con-  
 scientia sceleris ad silentium mutuum pignerari.  
 Horribile profecto sacramētum. Sed uoluit De-  
 us, ut paulo antè, quām talia ab aduersarijs por-  
 tenta confingerentur, & ederetur & extaret hu-  
 ius Plinij testimonium, ad refellēdas tales calum-  
 nias. Fuit hēc aliquando Milesiorum cōspiratio,  
 NEMO NOSTRVM FRVGI ESTO. Christianorum  
 uero hēc olim fuisse uidetur compromissio, san-  
 gīnaque confœdetatio, NEMO NOSTRVM SCELE-  
 RATVS AVT NEQVAM ESTO. Neque sanē fuit  
 hēc eorum inanis pactio. Talis fuit eorum uita,  
 qualis oratio. Tertullianus ad Scap. Depositū  
 ( inquit ) non abnegamus: Matrimonium nul-  
 lius adulteramus: Pupillos piē tractamus: Nulli  
 malum pro malo reddimus, &c.

Rurſusq; coeundi ad capiendum cibum, promiscuum ta-  
 men & innoxium. ) Existimo hic significari Christia-  
 norū illud cōuiuum, quod appellabatur ἀγάπη,  
 & pulcherrimē describitur abs Tertulliano in  
 Apolog.

## 48 EDICTA PRIN. R.O.

Apolog. cap. 39. ubi etiam uocatur coitio Christianorum, & cœna, quæ & disciplina dici potuerit. Alia tamen erat cœna ( ut Apostolus uocat) Dominica, quæ & Eucharistia dicta sunt, & abs Iustino in Apologia secunda suauissimè depingitur. Apostolorum tamen temporibus coniuncta fuisse uidetur cum illo conuiuio. Promiscuum Plinius fuisse ait. Tertullianus, in opum refocillandorum causa comparatum fuisse significat: Inopes ( inquit ) refrigerio isto iuuamus. & propterea etiam uocabatur ἡγέρνη. Miror, cur Clemens Alexand. in Pædag. hanc appellationem conuiuio tribui ægreferat. Ipse Apostolus eam probat. extat enim in epistola Iudæ. Fortasse Plinius existimabat quædam esse, ut apud Romanos erant & dicebantur, Charistia, & describuntur abs Valerio libro 2. & Ouidio in Fast. Certè cum laudatum olim fuisse meminisset Pythagoreorum ( ut etiam appellabatur ) λοιπόβιος: nō debebat illi insolēs uideri, quod hic audiebat. Sed & gentes omnes solitas esse sciebat, cum sacrificio coniungere aliquod religiosum epulum. Ipse in Augurum collegio uerlatus, ab epulonibus non abhorrebat. Epulabatur & cum suis sodalibus Cato. Mitto quæ ueteres narrant de Lacedemoniorum Phiditijs, & Cretésium Syssitijs. Sed ut Plinius apud Linium libro 5. legit, cum primùm lectisternio factò sacra Romæ fierent, fuisse hāc religionis notam, quod tota urbe promiscuus usus rerum omnium in propatulo positus sit, passimque aduenas in hospitium ductos: sic uidetur, cum promiscuum cibum Christianorum uocat, de eorum religione & sacrī aliiquid cogitasse.

taſſe. Addit, innoxium fuſſe hūc eorum cibum. Sobrium, caſtū, religiosum fuſſe, Tertullianus oſtendit. Sed gratia Plinio habenda eſt, qui in- genuē conſitetur, non fuſſe aliquam improbo- rum hominum coitionem atque faſtionem. Imo uero gratias Deo agamus, qui uoluerit extare hoc minimē ſuſpectum teſtimoniū profani Preſi- diſ, & ad refutadas prodigiosas illas calumnias, quas de Christianorū cōtib. atq; cōuiuijs aduerſarij poſtea turpiſſimē conſinxerūt, & ad ueteris Ecclesiæ admirabilē ſimplicitatem magis cognoſcendā. Barbaræ profeſiō erant illæ prouinciæ Ponticæ, ubi & promiſcuā libidinem ſuo adhuc tempore fuſſe, & parentum cadauerera cum pecu- dibus cæſa, in conuiuio deutorata, Tertullianus libro primo contra Marcionem Ponticum nar- rat. Ecclesiæ, quæ in talium gentium ſinu coaleſcebant, poterant hoc nomine malē audire: & ue- ro paulo poſt Pliniſ diſceſſum, illinc eruperunt prodigioſæ hærefes, quæ infanda illa flagitia in- tulerant in ſuos cœtus, quos tamen Christianos eſſe iactabant. Quid ſi in eos Plinius incidiſſet? Sed eius etate omnia fuerunt adhuc caſta, & in- gra inter Christianos: propterea que illius inquiſitio ad eorum innocentiam patefaciendam fuit utilis. Paulo poſt uero nati ſunt impuri nebulo- nes Gnoſtici & Cataphryges, qui Bacchanalia, quam olim fuerant, turpiora instituerunt, cum ſe tamen Christianos eſſe proſiterentur, & infa- da illa ſua ſacra Christianæ cœnæ & synaxeos no- mine ornarent. Qualia hæc fuerint, Epiphanius commemorat. Eadem omnibus Christianis ad- uersarij mox affinxerunt, ſiue errore quodam, ſi-

50 EDICTA PRIN. ROI  
ue potius malicia. Nam & epistola uetus Eccle-  
się Lugdunensis, scripta temporibus Antonino-  
rum, narrat, ab ijs subornatos esse quosdam Chri-  
stianorum seruos, atque etiam in tormentis coa-  
ctos, ut affirmarent, in Christianorum cœtibus  
esse Thyestea conuiuia, & Oedipodęs incestus.  
Iustinus in Apolog. appellat hæc crimina *δισφη-*  
*μα*, nempe *λυχνίες αὐτοποιία, ταῖς αὐτόλευ μίγεις, λα-*  
*αὐθεωπειών σερπίαις βορᾶς*. Tertullianus in Apolog.  
cap. 7. Dicimus (inquit) sceleratissimi de sacra-  
mento infanticidij, & pabulo inde, & post conui-  
uum incesto, quod euersores lumen canes,  
lenones scilicet, tenebrarū & libidinum impia-  
rum inuercundiam procurent, &c. Horribi-  
lis profectō est oratio Ceciliij illius leguleij Ro-  
mani, qui apud Arnobium libro octauo hæc ad-  
huc Christianis obijcit, & pluribus uerbis descri-  
bit. Adeò semel nata calumnia, non minus im-  
pudens quam nefaria, multis annis perduravit.  
Nam & temporibus Maximini Imp. quidā dux  
Romanos Damasci subornauit quasdam meretri-  
culas, quæ mentirentur sese Christianas aliquan-  
do fuisse, & in Christianorum conuentibus ui-  
disse multas tetras libidines, ut narrat Eusebius  
libro 9. Potuisset Plinius id, si uoluisset, imitari.  
Sed nondum, ut dixi, tāta erat nostrorum aduer-  
sariorū improbitas. Age uero, conferatur cum  
illius Ceciliij Arnobiani criminacione de conui-  
uio & conuentu Christianorum, hæc Pliniij rela-  
tio: non erit, ut opinor, alia necessaria refutatio:  
tantoq; propterea magis hic hæreo. Philo Ale-  
xandrinus *τερψίου θεωρητινοῦ*, describit eorum so-  
dalitia, quos *θραπευτὰς* appellat, & suo tempore in

in agro Alexandrino coaluisse narrat. Tales eorum conuentus fuisse uidentur, taliaque conuicia, qualia Christianorum hic fuisse dicuntur. Sed addit alias quasdam chorearum & gesticulationum ineptias: ut neq; Epiphanio, neq; Eusebio assentiri possem, Christianos fuisse illos existimantibus. Si Plinius Alexandriæ iuridicus fuerit, idem fortasse de illis, quod de Christianis iudicasset: nunquam tamen ad eam, ad quam Appi on tunc euasit, impudentiam calumniandi evasseret. Sed cum de Christianorum conuicijs nunc queratur, adiiciendum est, quod ex Origene lib. 3. ex Iob. intelleximus, eorum olim fuisse solennia etiam quædam conuicia natalitia, sicuti & oblationum natalitarum meminit Tertullianus in libro de Cor. mil. Erant autem illi dies natales, quibus martyres uitam hanc profuderant, ut ad immortalitatem transirent: sicuti docet uetus epistola Ecclesiæ Smyrnensis. Cæterum, ut erant Christianorum religiosa conuicia, sic & solennia ieunia fuerunt. Tertullianus lib. 2. ad Vxor. commemorat ieunia obseruanda: & in libro De resurrect. car. inter eorum sacrificia Deo grata, refert ieunia, & (ut appellat) seras atque aridas escas.

Secundum mandatum tuum ἔτραγίας εἶσε ueteram.) Ca  
ius Iurisconsultus cap. ult. De colleg. Sodales (in  
quit) sunt, qui eiusdem collegij sunt, quā Græci  
ἰτραγίαν uocat. Talia collegia, in princijs præser  
tim, Traianus coire nō patiebatur. Vnde & cum  
aliquando eum Plinius cōsuleret de instituendo  
Nicomedię collegio Fabrorum c. l., rescripsit, si  
bi non placere. Meminerimus (inquit) prouin- et  
DD 2 ciām

„ ciam istam, & præcipue eas ciuitates, eiusmodi  
„ factionibus esse uexatas . Quodcumque nomen  
„ ex quacunq; causa dederimus ijs, étraétau graues  
„ fiunt. Sed & cum in Bithynia essent solennes  
quædam in uitationes, quibus homines mille in-  
terdum conuocarentur, sæpe etiam plures: Plini  
us dubitauit, an hoc permittendum esset: & ue-  
ritus est, ut in speciem diamones incideret. Tra-  
ianus rescripsit, non immeritò hoc eum uereri:  
& propterea curare debere, & constituere, quod  
ad prouinciæ quiete pertineret . Diamone uide-  
tur quædam fuisse coitio multitudinis, loco u-  
no consistentis: quam Traianus propter me-  
tum seditionis, non tolerandam esse putabat. Er-  
go & hoc exemplo, synaxes & conuentus Chri-  
stianorum Plinius disturbat. Martianus noster  
in Pandectis ait, non esse prohibitum, religionis  
causa coire: sed hoc demum permitti collegijs li-  
citis. Et alio loco definit, collegium esse illicitū,  
nisi si ex auctoritate Senatus, aut Cæsaris coeat:  
cap. 1 & 3. De colleg. & corp. Vetus erat lex XII  
Tab. ne qui in urbe nocturni cœtus essent. Ea-  
dé tamē permittebat honestas étraétau. Vtrumq;  
caput latius exposui in Comment. ad XII Tab.  
Sed Christianorum cœtus illicitis collegijs an-  
numerabantur: & quod olim Romæ in quæ-  
stione de Bacchanalibus decreuerat Senatus, &  
quod postea de collegijs sodalitijs que abolendis  
censuerat, etiam contorquebatur ad dissipandas  
Christianorum synaxes. Iosephus libro 14. Anti-  
quit. scribit, cum Iulius Cæsar edicto in urbe so-  
dalitia sustulisset: nominatim excepisse Iudæos,  
& singulariter ijs cōcessisse, ut religionis suę cau-  
sa

sa conuenire possent. Mortuo Cœsare, confirmatum est à Senatu, & Dolabella Consule, hoc de Iudæis priuilegium. Eademq; deinde fuit & Augusti sententia. Certè Plinius & in Capitolio & in tota Asia legere potuit multa huius generis decreta. Sed non audebat Christianis hoc exemplum tātundem tribuere. Olim Agrippa, cum Iudeorum causam apud Caium Caligulam ageret, & Augusti edictum laudaret, quo permiserat Iudeos facrorum suorum causa coire, & Præsidibus prouinciarum mandauerat, ut sinerent eos conuenire, atque (ut Philo loquitur) *εἰς τὰ συναντήσεως συνέρχεσθαι*: causam, cur id recte permittetur, hanc adiecit; quod eorum cœtus non ad aliquam turpititudinem aut seditionem, sed ad omnem temperantiae & frugalitatis doctrinam conuenirent. Sic enim apud Philonem ait: *μὴ γάρ εἰς τὰ συναντήσεως συνέρχεσθαι τοιχονιας ήτι συγάστει, φέλυμαίνεσθαι τά της εἰρήνης, ἀλλά οὐδαπαλέως σωφρόνης λιγύουσιν*. Cum de Christianorum convenientibus eadem propè referret ad Traianum Plinius, eadem debuerat eos ratione tueri. Sed Romanis suspectæ erant nouæ coitiones multitudinis, præsertim cum hanc religionem mirabiliter inualescere, & orbem propè totum ad se conuertere audirent. Et uero quæ Posthumius Consul olim ad populum de Bacchanalibus dixerat, etiamnum Romanos terrebant. Sanè Cicero libro secundo de Legib. cum nocturna uel peregrina sacra ac mysteria damnat, laudat maiorum seueritatem, Senatusque ueterem auctoritatem, & Consulum, exercitu adhibito, quæstionem, atq; animaduersiones de Bacchanalibus. Multi tyran

54 EDICTA PRIN. R O M.  
ni Christianos pauci sunt domi delitescere. Sed  
synodos eorum, ut appellabatur, & synaxes nul-  
lo modo ferebant. Philo in Flacc. scribit, suo tem-  
pore fuisse Alexandriæ sodalitia, quasi Bacchana-  
lia: θιασοι ab eo appellantur, sed uulgo appella-  
bantur συνεστοι λιανηνίναι, ut idem narrat. Erathoc  
quoddam seminarium seditiosorum hominum,  
& omnium uitiorum. Fortasse Romani metue-  
bant, ne aliquod tale monstrum aleret ecclesia  
Christianorum. Denique quam antea ex Dione  
recitauit Mecœnatis sententiam, probabant. Me-  
cœnas cum monet Augustū, ne patiatur nouam  
aut peregrinam religionem inualescere: ait, ue-  
rendum alioqui esse, ne eo prætextu cœtus, soda-  
litia, coniurationes, seditiones ( quæ sunt pestes  
monarchiarum ) inualescant. Et quidem nomi-  
natim hęc coniungit, συνεστοι λιανηνίναι, συνεστοι λιανηνίναι.

Ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset  
ueri, per tormenta quererere.) Ministras hic intelligere  
uidetur ipsius Ecclesiæ: quæ, quod querebatur,  
prodere magis poterant. Christiani abs ministe-  
rio Ecclesiastico non arcebant seruos, si domini  
consentirent. Paulus Onesimum Philemonis ser-  
uum uocat συνόδην. Sed & mulieribus aliquid  
demandabatur. Paulus Phœbem uocat Αρχοντον  
ecclesiæ Céchreensis. Non licebat Iure Ciuiti tor-  
quere liberos homines, neque seruos in caput  
dominorum. Sed seruum alicuius corporis uel  
uniuersitatis torquere licebat in eorum etiam ca-  
put, qui eius corporis erant: ut Vlpianus lib. octa-  
uo de officio Procosulis scripsit, cap. i. De quæst.  
Sed & à ueteri S. C. de seruis in caput domino-  
rum non torquendis, paulo post tempora Traia-  
ni

ni, exceptæ fuerunt tres cause: nempe, adulterij, fraudati census, & maiestatis siue perduellionis. l. i. C. de quæst. Non dubito autem, quin & Plinius causam Christianorum talem esse iudicarit, in qua serui aduersus dominos torqueri posse. Porrò Vlpianus ait, Adrianum Imp. rescriptisse, ab eo incipiendam esse questionem, à quo iudex facilimè uerum scire posse credit. Hoc Plinius etiam fecisse uidetur, cum has ancillas ad quæstiōnem uocauit: & infirmiorem illum sexum, à quo facilius confessionem exprimere potuit, torfit. Sed iniquiores illi Præfides fuerunt, qui hoc postea imitati sunt, non ut indicium aliquod uecum elicerent, sed ut conficti criminis testimoniūm falsum extorquerent: quod & proposita spe impunitatis, & præmio uenabantur. Itaque Tertullianus non immeritò conqueritur, Christianorum infestationem (ut loquitur) nimium operatam esse domesticis indicijs. Ac eo quidem tépore Seuerus Imp. rescripterat, cum quæstio de seruis contra dominos haberi non debeat, multo minus indicia seruorum contra dominos admittenda esse: ut narrat Vlpianus cap. i. De quæst. Sed eo iure non utebantur in causa Christianorum. Sanè epistola Ecclesiæ Lugdunensis narrat, subornatos ab aduersarijs, & mentitorum tormentorum etiam commotos Christianorum quosdam seruos fuisse, ut dicerent, in Christianis cœtibus esse Thycæta quedam conuiua, & incestas libidines. Verùm bene habet: magis ingenuas fuisse ancillas, quas Plinius torfit, minimeque ad mentiendum induci potuisse: & uero Plinium ingenuè confiteri, nihil de Christianis.

nis cœtibus tandem se comperisse, quām quēd iam audierat: quanquam barbaro quodam fasti dio totam eorum religionem irrideat. Porrò in hac causa facile audiebatur indicium mulierularum: ut & in quæstione maiestatis audiri, probat Papinianus, exemplo Ciceronis. Sed & olim Bacchanalia cuiusdam primū libertinæ meretriculæ indicio detecta fuerant. Neque dubito, quin quod in ea interroganda Posthumius Consul fecerat, Plinius hic imitatus sit. Sed æquior erat, quām ut eos imitaretur, de quibus Iustinus in Apologia priori conqueritur: quod seruos & mulierculas tormentis cogerent, Christiani ea affingere, quæ ethnici ipsi in suis sacris turpiter faciebant.

Nihil aliud inueni, quām superstitionem prauam & immodicam.) Cicero Iudæorum olim uocauerat barbarem superstitionem, cui occurrentum etiam esse dicebat. Cor. Tacitus, Plinij familiaris, Christianorum exitiabilem superstitionem appellavit lib. 15. Suetonius, alter Plinij sodalis, superstitionem nouam & maleficā. Plinius nunc subscribit. Nam & in Paneg. ad Traianum, peregrinæ superstitionis (ut loquitur) mysteria nescio quæ superbè irridet. Eadem ætate Lucianus *λαύριον τελετὴν*, atque etiam irridendo *θεωμαχίαν σοφίαν* Christianorum appellat in Pereg. Quid cum profanis hominibus facias? Quanta sit impietatis audacia ad damnandam religionem, uidemus. Nihil illa habet, quod in hac liquidò reprehendat. Imò uerò sic eam describit, ut commedare uideatur. Interea confuse tamē eam damnare non desinit. Et quid tandem sibi uult Plinius, cum uel prauam

prauā dicit, in qua nihil mali deprehēdit, uel immodicam superstitionem uocat? An Ciceronem laudat, qui in oratione pro Domo sua ait, bonorum esse Pontificum, monere, modum quēdam esse religionis: nimium esse superstitionis non oportere? An uero auunculum suum, qui non dissimulauit sese & Epicureū & ἀθεόντα esse, potius laudat, quia nullius religionis fuerit? An ueram, rectam, & bene temperatam religionē esse putat, ludicram & inanem quandā uanæ superstitionis simulationem? Scripsit eo tempore Plutarchus librū *wōψι δειριδαι μονίας*; impietatē & superstitionem rectè notat. Sed religionem, quam in medio collocet, non uidet. Fortasse ad Christianos accessisset, sed principem suū Traianum reformidabat. Interea nimium profecto ineptus est Plinius, qui Christianis, hoc est, omnium superstitionum acerrimis aduersarijs, prauam & immodicam superstitionē affingit. Sed quam cunque tandem iniuriam ijs faciat, multo tamen postea fuit ille in ipsa quoque Bithynia importunior philosophaster, qui laudans tyrannorum saevitiam declamabat aduersus nostrorum religionem, quam appellabat anilem & impiam superstitionem. Qualis eodem tempore in eadē provinciā iudex ille etiam fuit, qui cum uideri uellet non nescire quae nam esset hæc religio, scribendo eam falsi conuincere, & saeuendo exterminare uoluit, ut Lactantius narrat lib. quinto.

Propter periclitantium numerum.) Hæc igitur præcipua consultationis ratio fuit. Tertullianus in *Apolog.* ait, Plinium hac multitudine perturbatum, consuluisse Traianum. Iurisconsulti in

## 58 EDICTA PRIN. R.O.

Pandectis aiunt, grassantibus delictis exacerbanda esse suppicia, quoties multis peccantibus exemplo est opus. At Plinius tantam uidebat esse multitudinem Christianorum, ut tota fuerit cædibus propè exhaurienda prouincia, si in omnes animaduerteretur. fecitque sæpe delinquētum multitudo, ut Romani deliberarent non tam de suppicio augendo, quām de minuendo, & seueritate remittenda. Extat huius generis pulcherrima deliberatio apud Cor. Tacitum. Profectò Seneca libro secundo de Ira, insanabilem fuisse iudicat quandam Volesum, qui tempore Augusti, cum trecentos una die securi percussisset, etiam exultans exclamauit: O' rem regiam. Sed & decimationes Legionum significant, de tota multitudine, quæ deliquerit, non fuisse sumptum semper supplicium. Sanè Liuius lib. 28. scribit, aliquando Legionem ad quatuor hominum millia in foro Rom. securi percussa esse. Sed sèpius solebant Romani decimū quemque fortiri, qui tantum pœnas daret. Quāquam ipsa quoque decimatio uisa hic sit Plinio ualde sæua & crudelis, cum non una aliqua legio, sed tota prouincia deliquerit uideretur. Sic & Tertullianus ad Scapulā, Præsidem Carthaginēsem: Quid facies ( inquit ) de tantis millibus hominum, tot uiris ac fœminis, omnis sexus, omnis ètatis, omnis, dignitatis offerentib. se tibi? Quantis ignibus, quantis gladijs opus erit? Quid ipsa Carthago passura est, decimāda à te? &c. Eodem loco narrat, quandam Aſię proconsulem Arrium Antoninum, cum multi Christiani rei essent, sequi etiam ultrè sisterent, paucis duci iussis, reliquos

quos dimisisse. Crudeliores fuerunt præfides tempore Diocletiani. Nam & tunc in Phrygia Christianorum quædam ciuitas tota, obsidione cincta, flammis deleta est, cum magistratu & populo uniuerso. Narrat hoc Eusebius. Sed & Laurentius lib. 5. Aliqui (inquit) ad occidendum præcipites extiterunt: sicut unus in Phrygia, qui uniuersum populum cum ipso pariter conuenticulo concremauit.

*Propè iam desolata templ a cœpisse celebrari.) Oportet terribilem Christianis terrorē incussisse Pliniū, si quod hic affirmat, uerū sit. Sed errat profecto, qui tam facile sibi persualit, reprimi atque a deo opprimi Ecclesiā Christi posse. Certè & post Plinium, in tota Bithynia atque ora Pontica, fuit ea constantia, ea Christianorum multitudo, ut quale semen relictum fuerit, facile intelligi possit. Quanquam & sanguis Christianorum semen sit, ut Tertullianus ait. Qualis in Bithynia fuit ecclesia Nicena & Nicomediensis: qualis in Pōto, Neocesariensis & Heracleensis: quales Christiani post Pliniū ætatem in uicina uel Galatia, uel Phrygia, Ecclesiasticæ historiæ narrant. Certè ne Diocletianus quidem ipse, qui Nicomedię suū palatiū habuit, potuit Christianos ijs locis exterminare. Neque tamen Plinio fidem non habeo, narranti, multos ad idolorum tempora reversos esse. Nā & Paulus Apostolus Galatarum turpem iam inde ab initio fuisse ἀνεγκαστινού scribit. Interea, ut plures redeant, consulit Plinius, proponendam redeuntibus spem impunitatis: hoc est, illecebram maximam. Multi Impp. non dissimili simulatione clementiæ, Christianorum animos*

60 EDICTA PRIN. R.O.  
animos olim pertetarunt. Imò uero Maximinus  
Imp. editum promulgauit, eos blanditijs esse al-  
liendos & emolliendos. Plinius tamē agit sim-  
plicius, & Romano more: & fortassis huc quoq;  
referebat ueterem illam XII Tab. legem, SAN-  
TIBVS IDEM IUS ESTO, QVOD FORTIBVS. In  
alia causa aut criminē, prohibentur proconsules  
calamitosorum precibus illachrymari: neq; aut  
deprecationi aut misericordiae locum relinquit  
seueritas iuris Romani. Sed alio hic iure utendū  
esse, putat Plinius.

Hactenus Plinij & relationē, & consultationē,  
simul & consilium audiuiimus. Nunc Traiani  
responsum, iudiciumq; audiamus. Natura pla-  
cidus erat & clemens: dictusque etiam est optimus  
princeps. Plinius in Paneg. ualde eum lau-  
dat, quod pro templis excubaret. Sed si non fuit  
profanus, certe fanaticus potius fuit quam reli-  
giosus. Plutarchus ad eum scripsit precepta po-  
litica. In ijs grauiter monet, omnia in Rep. ad cul-  
tum Dei esse referenda. Sed Romani potius uole-  
bant ad Rempub. referri, atque accommodare re-  
ligionem. Traianus diu uixit Antiochiæ, ubi no-  
bilissima erat ecclesia Christianorum. An de ea  
aliquid interea audierit, nescio. Sed profecto con-  
tempsit: ac ne terribili quidem illo, qui tunc An-  
tiochiam totam concussit, terræmotu excitatus  
est, ut de uera religione quicquam cogitaret. To-  
tus erat in bellis suis Parthicis. Interea quid de  
Christianis rogatus responderit, audiamus.

ACTVM quem debuisti.) Actum uocat, extraordi-  
nariam Plinij quæstionem. Extraordinariū hoc  
crimen de quo agebatur, erat. Nulla enim de eo  
lex

lex certa erat. Traianus esse etiam debere hoc iudicium extraordinarium, hoc est, Magistratum cognitioni & imperio relinquendum esse putat.

Conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt.) Tertullianus in Apolog. ait, Traianum rescriptisse, inquirendos quidem non esse, oblatos uero puniri debere. Eusebius uerit: τὸ γεγραπτὸν φύλον μὴ ἐντεῖδαι μονίμως τοῦ δέ νολάζειδαι. Sed plus aliquid habent illa Traiani uerba: Si deferantur & arguantur. Principio fuit illud moris Romanorum, ut nullus sine accusatore condemnaretur. Cicero ipse hoc dixit in oratione pro Rosc. Amerino. Cæterum posteaquam ordo uetus iudiciorum publicorum mutatus fuit, non semper est expectatus accusator legitimus: & uero ea fuit Christianorum primum conditio in orbe Romano, ut pauci dignarentur ad eos accusandos descendere: quidam etiam non auderent, praesertim cum audirent Tiberium comminatum esse periculum accusatoribus eorum, ut supra dixi. Quid igitur? Cœperunt magistratus ipsi, & presides ultrò in eos inquirere. Nam & tandem sic à Magistratibus fuerunt mandatæ delictorum, praesertim grauiorum, & criminum quæstiones, ut & accusatores & iudices propè esse uiderentur. Martianus Iurisc. Mandatis (inquit) cauetur, ut præfides, sacrilegos, latrones, plagiarios conquistant: & prout quisq; deliquerit, in eum animaduertant. Item Vlpianus: Congruit (inquit) bono & grati præfidi, curare ut pacata atque quieta prouincia sit: & debet malos homines conquerere. Nunc Traianus uidetur Christianos eximere, quia neque sacrilegi, neque fures, neq; latrones

## 62 EDICTA PRIN. R.O.

tronos sint: neque, ut perturbet prouincias, committant aliquid dignum publica & extraordina-  
ria inquisitione. Non liberat eos criminali & le-  
gitima accusatione: sed si accusator desit, patitur  
eos impunè latere, neque ad eos uexandos perti-  
nere uult mandata de flagitiosis hominibus con-  
quirendis. Præsidum inquisitioni subseruiebat,  
qui dicebantur Irenarchæ & Curiosi: quorum  
frequens est mentio in libris iuris Ciuilis. Tales  
uerò Quæstores, sæpe sycophantæ & calumnia-  
tores erant. Horum itaque Coryciorum infidis  
Christianos eripere, magnum profecto & singu-  
lare beneficium fuit. Miror itaq; Tertullianum  
id non agnoscere. Exclamat aduersus hoc Traia-  
ni rescriptum: O' sententiam necessitate confu-  
sam. Negat inquirendos, ut innocentes: & man-  
dat puniendos, ut nocentes. Parcit, & sæuit: dil-  
simulat, & animaduertit. Quid te ipsum censura  
circumuenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si  
non inquiris, cur non & absoluis? &c. Hi acu-  
lei Tertulliani fortasse possent retundi, si inge-  
nuè agamus. Medium est quippiam, inter dam-  
nare accusatos conuictosque, & non inquirere  
in eos qui delati non sunt. Neque sanè crimina-  
lium iudiciorum omnium est una conditio. Sunt  
quædam priuata, sunt quædam publica. Et mo-  
dò ordinaria, modò extraordinaria erant. Itaque  
& publicorum criminum quædam esse potue-  
runt, in quibus Quæstor accusatorem expectare  
non debeat: quædam uerò, in quibus ordo uestus  
iudiciorum seruari posset. Nam & sunt quædam,  
in quibus uindicandis ne magistratum quidem  
expectare sit necesse. Hæc ego discrimina nunc  
noto,

noto, non quod non sentiam iniquum esse Traianum, qui Christianos non absoluit, quos nullius criminis conuinctit: sed quod recte uelim eius sententiam intelligi, & sine cauillatione. Sæpe decerat legitimus accusator: multiique ab accusatione abhorrebant, propter subscriptionis periculum. Ibi securos Traianus esse uult Christianos. Et uero Tertullianus ipse in eadem oratione, tandem aliquod agnoscit eius beneficium. Ait enim, eum ex parte frustratum esse leges Romanas, quæ aduersus Christianos cōtorquebantur, cum uetuit inquiri Christianos. Iubebat itaque Traianus, præfides hic ueluti cōniuere, quos in alijs causis tamen ualde curiosos esse uolebat. Sanè & in conquirendis damnatorum bonis nimiam iudicum diligentiam non laudant R. leges. Præterea obseruandum est, hoc Traiani rescriptum eò quoque pertinuisse, ut si quis Christianus captus esset, non torqueretur ad socios indicandos: imò ne de ijs quidem interrogaretur. Quod sanè significare mihi uidetur Tertullianus in Apolog. Ad socios ( inquit ) ad consciens inquisitio usque extenditur. Solū Christianum inquiri non licet. Magnum rursus in eo beneficium profecto fuit. Statim atque unus aliquis comprehensus Christianus erat, tota alioqui Ecclesia in periculum uocabatur, ne in quæstionibus eam infelix reus prodere cogeretur. Nam neque obseruabatur, quod Pius Imp. rescripsit, eum qui de se confessus est, in caput aliorum torqueri non debere: cap. 16. De quæst. In Pandectis quoque editum extat, ut cum Irenarchæ apprehenderint latrones, interrogent eos de socijs,

&amp;

## 64 EDICTA PRIN. R.O.

& receptatoribus, & interrogations literis inclusis atq; obsignatis ad cognitionem Magistratum mittant. cap. 6. De custod. & exhib. reor. Tam curiosam inquisitionem in causa Christianorum esse Traianus noluisse uidetur. Quanquam nō ignorem, minimè fuisse semper in hoc genere obtemperatum Traiano. Sed Ecclesiasticae historiæ id relinquo. Porrò ne quis miretur, quod hic est, *Si deferantur et arguantur*, Tertullianum dicere, *Si offerantur*: obiter etiam notandum est, offerendi uerbum apud Iurisconsultos esse accusatoris, ueluti reum fistentis. Sic in Pandectis cap. 13. §. ult. De re milit. legimus, *deserto rem à patre oblatū, qui delatus & accusatus à patre fuerat*. Sic cap. 9. §. 3. De offic. Proc. Sic etiam deferēdi uerbum hic accipere debemus, non ut delatorem, hoc est calumniatorem (nam tale hominum genus, quād audiri noluerit Traianus, satis ostendit Plinius in Paneg.) sed ut accusatorem potius significat. Tertullianus ad Scap. narrat, quendam præsidem, qui Prudens appellabatur, missum ad se Christianū cum elogio, dimisisse scisso elogio, & negasse sine accusatore se auditurum hominem, secundum mandatū. Hic primum uidetur secutus singulare in hac causa Traiani mandatum. Deinde ius commune, ut elogio non temerè crederet. Nam & ubi omnino accusator non erat necessarius, tamen ex solo statim elogio reus non condemnabatur. Non esse eorum epistolis credendum, qui quasi damnos ad præsidem remiserint: neq; Irenarcharum elogijs, quia non omnes sint bonæ fidei: sed ex integro causam cognosci debere, mandatum o-

lini

lim fuisse, Martianus in Pandectis ait, cap. 6. De custod. & exhib. Hæc elogia siue relationes uocabantur etiam notoria: quæ et si ad conuincendū statim reū non sufficerent, ualebat tamen, ut reus in ius traheretur, interrogaretur, sēpē etiam torqueretur, licet aliis accusator decesser. Quod intelligi potest ex nostrorum quoq; literis, hoc est, lege Gratiani Imp. quæ extat Cod. De accusat. & Augustini epistola c. l ix & c. l x. At uidetur Traianus noluisse propter solum elogium, sine accusatore, Christianos teneri & interrogari. Qua pœna puniendi essent conuicti Christiani, non exprimit. Tertullianus ad Scap. ait, ab initio mandatum fuisse, ut gladio animaduerteatur in Christianos, idque suo adhuc tempore obseruasse præsidē Mauritaniæ. Fortasse ea quoque fuit Traiani sententia: & inter pœnas capitales, hæc supplicij species minus infamis minusque sæua habebatur. Immanis fuit illa Neronis feritas, qui Christianos ferarum tergis correctos, abs canibus dilaniari uolebat, aut crucibus affigi, aut flammis torri: sicuti Cor. Tacitus narrat. Sed post Traianum eadem fuit sæuitia. Crucibus (inquit Tertullianus in Apolog.) & stipitibus imponitis Christianos. Vnguisbus deraditis latera Christianorum. Ceruices ponimus: ad bestias impellimur, ignibus urimur, in metallis damnamur, &c. Item, Sic nos ad Deum expansos unguilæ fodiant, crucis suspendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, bestiæ insiliant, &c. Posteriorum temporum historiam nunc non attingo, in qua horrenda huius generis supplicia leguntur.

Ita tamen ut qui negauerit se Christianum, idq; re ipsa manifestum fecerit, id est, supplicando diis nostris, quamvis suspectus in praeteritum fuerit, ueniam ex pœnitentia impetrat.) Hic uisus est sibi Traianus ualde moderatè & clementer agere. Itaque & ille præses Aemilia nus ingratū uocat Dionysium episcopum Christianum, qui tale beneficium Valeriani Imp. non agnosceret, neque eo uti uellet. Præses tamē conditionem uocat πεαστητα διαι φιλανθρωπιαν Imperatoris. Sanè non solent crimina pœnitentibus remitti: neq; ulla est ordinaria pœnæ depretatio. Nam, ut olim ille dicebat, Ecquis nocens esse poterit, si negare sufficiat? ita dici etiā posset, Ecquis damnari nocens poterit, si pœnitere sufficiat? Scipio sanè in quadam seditione militari, contentus supplicio eorum qui seditionis duces fuerant, reliquæ multitudini pepercit, inquiens: Quod ad uos uniuersos attinet, si erroris pœnitent, satis superque pœnarum habeo. Liuius lib. 28. Cæterum si proprius consideremus, quæ sit indulgentia Traiani, nullam uim intelligemus esse potuisse Ecclesiæ magis inimicam. Et qualis tandem est pœnitentia, quam exigit? Cum Asia proconsul Polycarpo minitaretur, fese bestijs illum esse obiecturum: hanc etiam addidit conditionem, εαν μητανοήσους. Sed quid ad hæc constans reus? αμετάθετος (inquit) οὐ μητανοήσει τὸν ρωμαῖον τὰ χείρω μητανοία, λειλόρατος μητανιθεῶν τὸν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. Sic enim est in epistola ecclesiæ Smyrnensis. Extat etiam apud Eusebium lib. 7. cap. 11. uetus epistola Dionysij episcopi Alexandrini, qui tempore Cypriani uiuebat. In ea narrat, sibi rem suisse cum Aemiliano quo-

quodā præside, qui hāc impunitatis cōditionem proponebat, secutus literas suorum Impp. si reus obliuisceretur eorum quē contra naturā sunt (sic enim religionem Christianam notabat) & ad ea quē secundum naturam sunt, reuerteretur: hoc est (ut interpretabatur) adoraret deos Ro. Dionysius respondit, se Deum suū deserere non posse, nec uelle. Præses urgebat, ut saltem cum eo coleret & alios deos: se quoque hac conditio- ne contentum fore. Verū ne illud quidem im- petrare potuit. Cæterū nunc obseruemus, non esse sola inficiatione contentum Traianum, neque uerbis fidem habere uult illius, quam exi- git, pœnitentiæ testimonium extare: Sacrifican- do (inquit) dijs nostris. Cōtrà uerò Ecclesia pœ- nitentiam ueram, hoc est, abs peccato ad pietatis studium conuersionem exigens abs ijs qui lapsi erant & dicebantur, ueniam que postulabāt, exi- gebat etiā solēnem exomologesim, & publicam eius actionem, ac ueluti cōsignatam testificatio- nem animi pœnitentis. Sēpe etiam chirographo illos suo obstringi uolebat, ut indicat Tertullia- nus contra Prax. Cæterū ut ad diluendam religionis Christianæ suspicionem postulat Tra- ianus sacrificium coram idolis: sic Plinius, ut & Christo malediceretur, & imago quoque Traia- ni adoraretur, postulabat. Præses ille Asiq, qui Po- lycarpum uexabat, cum Cæsaris imago deesset, imperauit, ut per eius fortunam reus iuraret: si- cuti alij præsides uolebant, ut per principis geni- um iuraretur, cum testimonium requirerent re- pudiatæ religionis Christianæ. Et qui paulo pōst Lugduni Christianos exagitabāt, in primis hoc

urgebant, ut rei per nomina idolorum iurarent. Quod certè ut facerent, qui reuera Christiani erant, cogi non poterant: sicuti etiam Tertullianus & Arnobius testantur. Meminerant, quod olim docuerant Prophetę, in iure iurando inesse quandam diuini cultus speciem. Sanè Tertullianus ad Scap. cum narrat, præfides sæpe multa dissimulasse & condonasse, scribit, quēdam, qui Asper uocabatur, cum Christianum modicè uxasset, & statim deiectum esse uideret, non compulisse ut sacrificium ficeret. Dimisit ergo iam trepidantem atque labantem, neq; quod hic Traianus præscripsit, exegit. Et uero post tempora Traiani non tam fuerunt morosi præfides: hoc est, cum uix impetrare, aut tormentis etiam extorquere possent, ut reus uno uerbo se negaret esse Christianum, fuerunt sæpe contenti uel minimæ inficiatione: uisique sunt sibi, cum eam expressissent, triumphare. Dabant etiam confessio diem ad deliberandum, et si is profiteretur nolle se præterea deliberare. Quid dicam, Diocletianum edicto etiam præcepisse, ut non solum terrore cogeretur reus ad sacrificandum: sed & uerti obtorto collo ad arā pertractus, per uim adigeretur? Certè Marcus Antoninus, cum edictum pro Christianis suum, quod postea pponemus, ederet, nominatim uetus, ne præfides tale aliquid aut tentarent, aut captarent: *eis μεταποιατον μη μεταγένεται*.

Sine auctore propositi libelli, nullo criminе, locum habere debent. ) Quæ conceptio & formula libelli accusatorij, quæ inscriptio atque subscriptio esse debet, Paulus in Pandectis ostendit, cap. 3. De accus.

## DE CHRISTIANIS. 69

cus. Sed auctoris profecto, hoc est, accusatoris, uel eius qui dat libellum, nomen in primis inscribi atque subscribi debere cōfirmat. Et Vlpianus lib. 7. De officio proconsulī, scribit, cum alicui crimen obijcitur, p̄cedere debere in crimē subscriptionem. Idque inuentum esse, ne facilē quis p̄siliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem nō futurā: cap. 7. De accus. Cum ergo in criminibus non solum accusator nomen suū profiteri, sed se etiam debeat sua manu obligare, ad subeundam calumniæ pœnam, si calumniari uideatur: merito hic rei ciuntur libelli sine auctore, cum famosi magis quam accusatorij uideantur: & indicent scriptorem, qui latitat, esse calumniatorem. Cur enim alioqui palam accusa renon audet?

HACTENVS Traiani de Christianis iudicium audiuiimus. Sulpitius Seuerus scribit, eum, cum tormentis & quæstionibus nihil in Christianis morte aut pœna dignum inuenisset, sequiri in eos ultrà uetusse. Sed quid is iusserit, ueterit'ue, ex eo ipso cum audiam, quid Sulpitius hic narret, nihil moror.

Traianus, Adrianum Imperij Romani hædem reliquit. Accusari Christianos permiserat: & eo solo nomine quod Christiani essent, si se Christianos confiterentur, damnari puniriq; uoluerat. Adrianus Traiano æquior atque melior esse uoluuisse uidetur: ut Christiani, si nullum esset aliud eorum crimen, non uexarentur. Sulpitius ait, eum in hac causa pronūcialsse, Esse inustum, ut quisquam sine crimine reus constitueretur. Sed quid pronunciauerit, ex ipso melius

70 E D I C T A P R I N . R O .  
intelligemus. Ut ad Traianum Plinius, sic Gra-  
nianus Asiae proconsul ad Adrianum retulerat,  
quod in prouincia de Christianis & eorum cau-  
sa compererat. Valde equidem uellem etiam ex-  
taret hæc Graniani relatio . nam & hæc consul-  
tatio ueluti interpres esset ipsius responsi: neque  
minus quam epistola Plinij, conferret ad descri-  
bendam ecclesiarum eius temporis cōditionem.  
Sanè Orosius significat, Christianorum causam  
egisse hunc Granianum. Nam per eum, ut per  
Quadratum & Aristidem, compositis de religio-  
ne Christiana libris instructum atque eruditum  
Adrianum ait præcepisse, per epistolam ad Minu-  
tium Fundanum proconsulem Asiae datam, ut  
nemini liceret Christianos sine obiectu criminis  
aut probatione damnare. Sed Orosius suo more,  
multa hic temerè miscet. Evidem existimo  
hunc Granianum, quem ille legatum uocat, si m  
pliciter retulisse ad Adrianum de Christianis &  
eorum innocentia, & aduersariorum calumnijs,  
quod compererat: nec tamen illorum causam e-  
gisse, ut Quadratus egit. non enim hoc procon-  
fusilis Romani erat. Sed profectò Granianum Pli-  
nio æquiorem Christianis fuisse, & Adrianum  
Traiano, non inuitus agnosco. Olim Aposto-  
lus Sergiū Paulum Cypri procōsulem, docilem  
discipulum atq; auditorem habuit. Gallionem  
Achaiae proconsulem, deinde habuit negli-  
gentem potius quam iniquum. Postremò Fe-  
stum & Fœlicem in Iudæa non dissimiles iudi-  
ces naētus est. Sic est cōgressus cum quatuor Ro-  
manis præsidibus. Nunc duos, qui sapientissimi  
uideri uoluērunt, Christianorum iudices adjic-  
mus,

mus, Plinium & Granianum. Estque operæpræcium, ingenium iudiciumque singulorum considerare. Priusquam Adrianus responderet, decesserat Granianus: sed eius successor Minutio Fundano respondit, quod principe non barbaro dignum fuit: dignum etiam quod Julianus tunc retulisset in suum edictum perpetuum. Non extant Latina uerba huius rescripti, sed extant in Græcam linguam conuersa: ex qua etiam in Latīnam rursus transferri possunt. Olim principum rescripta, edicta, decreta, Latinè sæpius scribi primum solebant. Sed Græci fuerunt, quam Itali, diligenteriores in ueteris Ecclesiæ monumentis conservandis. Iustinus in sua ad Antoninum Pium Senatumque Rom. Apologia pro Christianis, Adriani rescriptū illud obtendit, cum, ut in eorum causa, iuris, iudiciorumque ordo atque ratio servaretur, postularet. Eusebius testis est, Romana lingua conceptum, ut scriptum primum fuerat, siue Apologiæ Iustinum attexuisse. Sed exemplum nunc tātum superest, quale est ab Eusebio expressum Græcè. Epitome Dionis narrat, in historia Eusebij extare quasdam epistolas Adriani, quibus grauiter comminatur ijs qui Christianis molesti erant: iuratque Herculem, se in eos animaduersurū esse. Huius iurisurandi mentio est in ea epistola, quā in Eusebio reperi. Ipse Antoninus Pius in suo rescripto, quod suo paulo post loco subijciam, ait Adrianū rescripsisse multis præsidibus prouinciarum, ne Christianis molesti essent, si nihil molirentur aduersus Rom. Imperium. Sed & Melito Sardensis in sua ad Lucium Verum, pīj F. Apologia, cuius fragmētum

72 EDICTA PRIN. R.O.  
extat apud Eusebium, testis est, Adrianum & Minutio Fundano Asiae proconsuli, & compluribus alijs scripsisse. Ex multis rescriptum unum extat, ut dixi. Illud tale est:

ΜΙΝΟΥΚΙΩ ΦΟΥΝΔΑΝΩ. Επιγολίν ἐδε  
ξέατιν χραφέσαν μοι ἀπὸ σοβρονίου χρανιανοῦ λαμπτον  
του αὐτού, ὃν τινα διελέγω, οὐ δοκεῖ μοι οὐρ τὸ περγαμόν  
τικτοι λαταλεπέν, ἵνα μήτε οι αὐθεωποι τερπέτωνται, λατ  
τοῖς συνοφάνταις χρηγύια λατηργίας παραχθεῖ. εἰ οὖν σε  
φίος ἐις ταύτην τὴν ἀξιωσινοὶ ἐπαρχιῶται δικαιονται διτζ  
εἰρεδαι λατατὰ τῷν χριστιανῷ, οὐ λατὴ περ βηματος ἀπονέ  
νεδαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπέσιμ, αλλὰ οὐν αξιώσειρ οὐδὲ  
μόνας βοᾶς. πολλῷ γερ μᾶλλον προσῆνεν, εἰ τις λατηργέρ  
βούλοιτο, τότο σε διαγινώσκειν. εἰ τις οὖν λατηργεῖ, λατ  
ηνοσι ταφά τοὺς νόμους πρέσταντας, οὐτως δειπει λατατὰ τὴν  
μίνηκαι τοῦ αἱμαρθρίατος, οὐ πατὴ τὸν ιγκαλέα εἰ τις συνο  
φαντίας χάει τοῦτο προτένει, διαλατερβανεύτως τῆς δει  
νότητος, λατ φρόντιζε θνατον αὐτὸν ηδινόσειας.

Hæc Latinè quoque reddenda sunt, non ut  
uerba ad numeremus, sed ut sententiam edamus.

#### MINUTIO FUNDANO.

Accepi epistolam, quam ad me scripsicerat Serenius Granianus v.c. cui tu successisti. Dignares est, de qua cognoscatur: ne & magna alioqui turbæ excutentur, & calumniatorum malicie indulgeatur. Si prouinciales posse pertant Christianos in iudicio reos peragere: id legitimè faciunto. Clamoribus uero & tumultibus locus nullus esto. De causa cognoscere tu debes:

*ac si quid aduersus leges facere Christiani videatur, animaduertito, et noxiæ pœna par esto: ita quidem mehercle, ut qui calumniæ causa ad accusandum descendet, sentiat etiam tuæ animaduersionis severitatem.*

Principiò, ut Plinius ad Traianum scripsiferat, sibi hanc uideri causam dignam cōsultatione: sic Adrianus, in primis indicat cognitione dignam esse. Tertullianus ait, Adrianum fuisse omnium curiositatum exploratorem. Utinam curiosius de religione Christiana etiam quæsiisset. Sed illud interea boni est exempli, quod non negligat, quæ abs præsidibus de ea referebantur. Varro apud Aulum Gellium testis est, moris maiorum fuisse, ut de rebus diuinis prius quam de humanais ad Senatum referatur. Sed aliæ præterea cause fuerunt, quæ præsides non malos impellerent, ut de Christianis ad principes multa referrent. Traiani (ut uidetur) rescriptū minimè represerat calumniatorum audaciam, minimeque restinxerat illam odij publici flamمام, qua Christianorum innocentia conflagrabat. Christianum esse, crimen erat: neque hoc sustulerat Traianus. Non igitur deerat, quod aduersarij accusarent. Præsides, qui æquiores uideri uolebant, si nihil præterea committeretur aduersus leges publicas, hærebant: atque ut cogitationis pœnam nullam esse abs Iurisconsultis audiebant, sic priuatæ religionis, quæ Rempub. non perturbaret, questionem statim capitalem esse nō putabant. Neque sanè tunc Romani tam morose, quam olim

Græci τῷ πολέμῳ μνημόνια indicia exercebāt. Senecalib. 6 Controuersiarum, laudat actionem læsæ religionis. Sed insolens & infrequēs ea Romæ fuit. Itaque & Iulius Cesar in medio Senatu sententiam suam dicens de Catilinarijs, aperte ausus est primam totius religionis partem irridere. Sed & Granianus, & similes multi præfides, intelligebant Christianos magis esse religiosos (qualiscunque tandem eorum religio esset) quam ut in iis crimen impietatis hærere posset. Et fortasse sapientum iudicium aures circūsonabat nobilis illa sententia Græci Oratoris: Non minus impium esse, eos qui non peccarunt, impietatis condemnare, quam impios absoluere. Extat hæc Andocidis oratio τῷ πολέμῳ μνημόνιῳ, quæ in Alcibiadis causa habita est. Sed ut Atheniensem populū in ea causa mirabiliter tumultuatum esse, & ad omnem sœ uitiam exarfisse narrant Thucydides & Plutarchus: agnoscitq; Isocrates, nulla magis in re furentem multitudinem concitari & insurgere, quam ubi quis mysteriorum reus est: sic in Asia Granianus sensit, eam hoc nomine uehementer inflammari. Nam & quo magis lenti in hac causa iudices esse uiderentur, tanto aduersarij accusatores magis fremebant, & insanus populum incendebant. Clamabant, Christianos esse hostes publicos. Vociferabantur, esse homines seditiosos atque flagitiosos. Si iudices cessarēt, multitudo irruerat, & uim pro iure intendebat. Quid facerent attoniti Magistratus? Adrianus, ne propterea cedat, iubet. Ad tribunal & iudicia rem reuocat: neq; seditiosis uulgi clamoribus infelices reos opprimi atque obrui patitur.

titur. Iudæis Romani reliquerant iudicium Ze-  
li (ut appellabatur) hoc est, ut sine forma & ordi-  
ne iudiciorum possent in suæ gentis hominem,  
quem blasphemum esse putabant (ut loqueban-  
tur) statim irruere, & alioqui etiam indemna-  
tum lapidare. In Christianos hoc sibi licere mul-  
ti etiam olim uolebāt, ut in homines sacros, qui  
impunè occiderentur. Cum hoc non permitte-  
retur, fremebat multitudo, & publicis calamita-  
tibus magis atque magis incendebatur. Si (in-  
quit Tertullianus) Tiberis ascendit in mœnia,  
si Nilus non ascendit in arua, si cœlū stetit, si ter-  
ra mouit, si fames, si lues, statim CHRISTIANOS  
AD LEONEM, acclamatur. Quid igitur? Talibus  
allatrantis mundi rictibus atque rugitibus Adria-  
nus se opponit. Cum aliquando Diocletia-  
nus Imp. aliquem absolveret, circunstans popu-  
lus tumultuando reclamabat, morte dignum es-  
se. Ille uero fortiter atque constanter alterā hanc  
sententiam edidit: Vanæ populi uoces non sunt  
audiendæ. Nec enim uocibus eorum credi opor-  
ter, quando aut obnoxium crimine absolui, aut  
innocentem condemnari desiderant. Hoc Dio-  
cletiani responsum in Codicem cōstitutionum  
abs Iustiniano nostro relatum est, capite 12. De  
pœn. Sed Adrianus hoc loco in causa Christia-  
norum tale aliquid prius pronunciasse atque e-  
dixisse uidetur. Atque hoc etiam exemplo com-  
motus aliquando ipse Septimius Seuerus fu-  
isse uideri posset, nam Tertullianus ad Scap. nar-  
rat, eum in hac causa populo furenti in os palam  
restituisse. De Pontio Pilato, de Scriba Ephesio,  
& Tribuno Hierosolymitano, nihil nunc dico:  
quos

quos Sacrae literæ narrat, non statim cessisse com-  
motæ multitudini in criminè & quæstione reli-  
gionis. Sed profectò nunquam magis opponere  
fe Magistratus debet coortæ seditioni ignobi-  
lis uulgi, animis manibusque saeuientis. Ipse Fe-  
ftus præses Iudææ narrat regi Agrippæ, cum Iu-  
dæi exposcerent Paulum statim condemnari: se-  
ijs respondisse, non esse hunc Romanis morem,  
*χαρίσιον τινα αὐθεωπον εἰς απώλειαν*, &c. ut scribit  
Lucas Act.25. Est ergo etiam ex more maiorum,  
quod hic Adrianus edicit: Neque minus iustum  
est, quod suos præsides uetat populo furenti ce-  
dere. Egregium profectò, sed difficile mādatum.  
Athenienses olim præstatiſſimum suum ducem  
Alcibiadē, læſæ religionis reum, arbitrio popu-  
li furentis damnare coacti sunt, quo iure, qua in-  
iuria: neque suum Socratem, qui minus etiam  
in eo genere peccarat, eripere potuerunt. Sed A-  
drianus non patitur, ut ius perfringat ciuium ar-  
dor prauia iubentium. Plato cum de causa Socra-  
tis loquitur, grauiter ait, tale crimen esse *σύδαι-*  
*βοληρ πρὸς τοὺς πόνητούς*. Sed nulla tā speciosa calum-  
nia est, quæ etsi multitudinem facile incendat,  
uincere etiam iudices debeat. Fuit tamen Adria-  
no facilius, ius in hac causa præscribere, quam iu-  
dicibus tueri. Itaque non multo post eius mor-  
tem, & in Asia & in Gallia præsides cessere popu-  
li insanientis clamoribus: ut ex suppicio Poly-  
carpi atque Photini intelligi potest, si relegan-  
tur illa quæ apud Eusebium extant, duo frag-  
menta duarum epistolarum ecclesiæ Smyrnæ-  
fis atque Lugdunensis. Harum ego epistolarum  
iam ſæpe memini. Sed nihil habemus profectò  
reli-

relicuum ex ueteris Ecclesiæ monumétis, quod magis & ad id pertineat quod nunc quærimus, & sit horum magis principum rescriptis subiungendum. Certe quām hic uulgus contemneret non solum principum leges, sed & præsidum auctoritatem, Tertullianus duobus uerbis ostendit in *Apolog.* Quoties (inquit) etiam præterius uobis, suo iure nos inimicum uulgus inuadit lapidibus & incédijs, ipsis Bacchanalium furijs? Sed laudanda tamen est principum moderatio, qui talibus sese furijs opposuerunt. Quid igitur præterea Adrianus uoluerit, & quem ordinem hic obseruari, quod ius dici lege lata edixerit, au-diamus. Hoc enim nunc quæritur.

Vbi in ius uentum est, & status est aliquis reus religionis Christianæ, Adrianus uult more atq; ordine causam agi. Sed si nullum aliud crimen proponatur quām nominis Christiani, non uidetur hoc solum ad criminalem quæstionem referri uoluisse. Ut id existimē, facit Iustinus, qui hoc Adriani rescripto non uteretur in religionis confessione, si hanc quoque solam uoluisset Adrianus puniri. Utitur & eodem exemplo Melito Sardenfis, in sua ad Lucium Verum Imp. *Apolo-gia:* & apertè testatur, Adrianum atq; Pium multis suis rescriptis hoc egisse, ut Christianorum calumniatores reprimeret. Sed & ipse Pius in suo edicto testis est, hoc uoluisse Adrianum, ne Christiani uexarentur, nisi si res nouas molientur aduersus Imperium Rom. Quid igitur? Erant leges publicæ de criminibus. Si quid in eas peccatum sit, iudiciū dant. Aduersus eas quid committebant, qui Christiani simpliciter erant, quod

78 EDICTA PRIN. R.O.  
quod quidem publico iudicio dignū esset? Sed accusabantur maiestatis, seditionis, adulterij, homicidij. Hic uero Adrianus uult causam tractari, reos audiri, inficiantes conuinci, conuictos puniri: si non conuincantur, accusatoribus calunniæ pœnam iustissimam irrogari. Hæc iudiciorum lex est. Hoc ius gentium est. Hoc in causa Christianorum seruari petit Iustinus, & petere se profitetur: quod & Adrianus ita statuerit, & ius commune hoc dicet.

Adrianus Iudeos, qui perpetuò tumultuabantur, ad interencionem propè deleuit. Christianos, quorum simplicissimam atque modestissimam uitam esse audiebat, non oderat: ijsque incolendam dedisse dicitur urbem Hierosolymitanam, pulsis Iudeis. Itaque ecclesia, quæ tempore Vespasiani Pellam commigrarat, redire potuit. Neque fide dignū est, quod aduersus aliorum scriptorum cōfensum scribit Sulpitius Seuerus, Adrianum, cum Christianos exterminare uellet, in Iudeos & eorum templum sœuisse: quasi his excisis, illi conciderent. Sanè Lampridius in Alexandro narrat, Adrianum uoluisse Christum inter deos referre: propterea quæ in omnibus ciuitatibus templa sine simulacris, illi fieri iussisse. Sed prohibitum ab ijs fuisse, qui sacra sua consuientes responderunt, omnes Christianos fore, si id optato euenisset, & reliqua deorum templaz desertum iri.

Cum Athenis esset Adrianus, audiuerat Aristodem philosophum Christianum, & Quadratum ecclesiæ Atticæ ministrum: eorumque libellos Apologeticos ita legerat, ut aduersariorū calumnias

nias satis intelligeret. Antea cum esset in Aegypto, & Alexandriæ uersaretur ( nam totum per agrauit orbem Romanum ) de Christianis confusione multa audierat : sed pleraque falsa, & ijs indigna. Nam & tenebras illi offundebat uariè sectę, quæ Alexandriæ omnia miscebant, & permixti hæreticorum cœtus: denique magna talium hominum colluuius, quę in illam ciuitatem conflu erat, faciebat, ut princeps Romanus liquidò statim discernere ecclesiam Christianam uix posset. Est tamen operæ preцium, quid in tali confusione rescriperit, audire. Nam quæ monstra de Christianis configat uel ignorantia, uel error: hinc etiam æstimare poterimus. Hac Adriani epistolam de Aegyptiorum & Alexandrinorum moribus, ex libris Phlegontis liberti eius descri ptam edidit Flavius Vopiscus, cum Saturnini uitam scriberet. Ego qualē abs Vopisco accepi, subiçiam.

ADRIANVS AVG. SERVIA-  
no Conf. S.

*Aegyptum, quam mihi laudabas, Seruiane  
charissime, totam didici leuem, pendulam, &  
ad omnia famæ momenta uolitantem. Illi qui  
Serapim colunt, Christiani sunt: & deuoti sunt  
Serapi, qui se Christi episcopos dicunt. Nemo illic  
archisynagogus Iudeorum, nemo Samarites,  
nemo Christianorum presbyter, non mathema-  
ticus, nō aliptes. Ipse ille Patriarcha cum in Ae-  
gyptum*

Aegyptum uenerit, ab alijs Serapidem adorare, ab alijs cogitur Christū. Genus hominum seditionissimum, uaniuum, iniuriosissimum. Ciuitas opulenta, diues, fæcunda: in qua nemo uiuat ociosus. Alij uiirum cōflant, ab alijs charata conficitur: omnes certè lymphiones, cuiuscunque artis, & uidentur & habentur. Podagri, quod agant, habent: cæci, quod agant, habet: ne chiragrici quidem apud eos ociosi uiuunt. unus illis Deus est. Hunc Christiani, hunc Iudei, hunc omnes uenerantur & gentes, &c.

Cum hanc Adriani epistolam legimus, r̄idiculam fabulam, & egri somnia, & denique profanis hominis deliria legimus. Sed hæc ipsa testimonia sunt humanæ uanitatis, atque adeò cæcitatibus, quæ in suis tenebris mira sibi portenta finit, cum de ignota religione iudicat. Legi aliquando Philonis Alexandrini libellum θεωρητινοῦ, ubi describit eorum sodalitia, quos appellat θεοπατουτᾶς, & in agro Alexandrino coaliuisse narrat, in eaque etiam descriptione meminit τῶν μοναχεῖων, multi putant cœtus Christianorum fuisse. Sed Philo sic eos describit, ut potius Essæorum simias describere uideatur. Quædam, quæ Christianorum eius temporis esse potuerunt: quædam, quæ non potuerunt, commiscerunt: & ex uarijs diuersisque membris monstrosum corpus componit. Oportet Alexandriæ iam inde ab initio mirabilem fuisse & hominum collusionem,

tionem, & religionum confusionem: denique Christianos cum Iudeis atq; ethnicis, hoc est, aduersarijs suis, mirabiliter fuisse commixtos, si discerni uix poterat. Sed bene habet: Adrianus postea, qui nā reuera Christiani esset, magis intellexit, & errorē suum ut cūq; correxit. Deniq;, hoc principe primū in toto orbe Romano, inualescēte Christiana religione, defecisse deorum (ut appellabātur) oracula, & desīsse mactationē humanaū hostiarū, nō temerē ueteres obseruarū.

Adriano successit Titus Antoninus Pius. Hunc Capitolinus ait ualde superstitiosum fuisse, & alterum ueluti Numam: Sed minimē tamē setieris fuit uindex suorum sacrorum. Adrianus Iudaeos acerbissimē uexauit. Pius ijs minimē molestus fuisse uidetur, cum quidē etiā iure singulari permiserit ijs suam circūcisionem. Modestinus libro 6. Regularum: Circuncidere (inquit) Iudaeis filios suos tantum, rescripto diui Pij permittitur. In non eiusdem religionis, qui hoc fecerit, castrantis pœna irrogatur. Extat hic locus in Pandectis cap. 11. Ad leg. Corn. de sīcar. ubi & Adriani rescripta capitalia eduntur duo, aduersus excidentes, excisos' ue, qui uel castrat̄ alios, uel castrari se sinunt, siue spadones, siue thlibiae sint. Non exceperat Iudæorum circuncisionem Adrianus, qui de totius gētis excidio potius cogitabat. Sed Pius ita nunc eam excipit, ut solis tamē Iudeis hoc permittat. Ex Herodoto & Strabone & Iosepho intelligi potest, nō solos olim Iudeos circūcisione usos esse. Antonin⁹ sīnō uidetur hoc pati uoluisse. Interea Iudeis sua acra reliquit.

## 82 EDICTA PRIN. R.O.

Sed quid de Christianis? Certè putabat, Adriani rescripto satis eorum tranquillitati cōsultum esse. Non putabat præsides talia mandata contemnere, & in homines innocentes sine causa, si ne modo, sine fine sœuire uelle. Verùm fallebatur. Quanto magis fauere ijs principes uidebantur, tanto erant alij infestiores, & populus magis atque magis incendebatur. Nam & multa tunc uagabantur agmina hæreticorum, qui cum se se Christianos esse mentirentur, odium illud publi cum inflammabant: & denique multa & flagitia & scelera committebant, quæ publica animaduersione digna erant. Quid igitur? Ausus est Iustinus communi Christianorum nomine se se si stere Antonino Pio, Senatuique Romano: cau sam Christianorum agere, eorum innocentiam aduersariorum calumnias depellere: denique Adriani rescriptum obtendere. Verùm et si fortasse Romæ æquiores essent magistratus, tam en in prouincijs crudeliter grassabantur. Orosius; Iustinus ( inquit ) librum pro Christiana religione compositum, Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos fecit. Eusebius testis est, Pium ab alijs etiam appellatum esse, ut Christianis, qui in Asia miserè pœxabantur, succurreret. Sed & Melito Sardensis in sua ad Lucium Verum Antonini Pij F. Apologia, scribit, hunc Antoninum exemplo Adriani patris sui rescripsisse, *ωσει τοῦ μαθητοῦ πρώτης εἰπεν τῷ Σπλαγχνῷ*. Mitto Xiphilinum, qui narrat, eum uehementer amasse Christianos: & beneficia, quibus eos Adrianus persequebatur, etiam auxisse. Ipse Pius in suo quodam edicto, quod extat, testis est, se le corum

etorum causam exemplo Adriani patris sui, aduersus caluniatores multis rescriptis defendisse. Hęc rescripta nunc interciderunt. Sed Eusebius edictum, quod dixi, commemorat. quamquam paulo aliter scriptum sit in altero eius exemplo, quod Iustini operibus assutum est.

Αὐτονόμειος λαϊσσορ μάγνος αὐρηλίος αὐτωνίος σεβαστός, αρματίος, αρχισπέου μέγιστος, θηραρχίου ἐξουσίας τὸν πίνακαν λαὶ δένατοι, ὑπάκτος τὸ τέλετον, τῷ λειτουργῷ τῆς ἀστιας καύρῳ. ἕγιο μὲν οἰδεῖ ὅτι λαὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμεῖς ἐστι, μὴ λαυδαρέας τοὺς τοιούτους. τολὺ γαρ μᾶλλον ἐπένειοι λοιποὶ αὖθις, τοὺς μὴ βουλουμένους αὐτοὺς προσηνιώμενοι, μὴ ὑμεῖς, οὐς εἰς ταφαρχίαν ἐμβάλλετε, βεβαιουμέντες τὸν γνώμοναν αὐτῶν λινπόρος ἔχουσιν, οὐς ἀθέωμα λατηγοροῦντες. εἴη δὲ αὐτὸς λαζανίοις αἱρετός, τὸ θλοεῖρ λατηγορουμένους τεθναγόνου μᾶλλον, μὴ φίλον, ὑπόρος τοῦ σινέου θεοῦ· ὅσον λαὶ νικῶσι προσέμονος τὰς ἐστιτῷριν ψυχὰς, ὑπόρος παθόμενοι οἷς αἴξιοντες πράττειν αὐτοὺς. τοῦρι δὲ τῷρι σεισμῶμα τῷρι γεγονότωρ, λαὶ γινομένωρ, δημάτοκορος ὑμᾶς ὑπομνήσαι, ἀθυμοῦτας μὲν ὅταν τῷρι ὡστι, τοφαβέλλοντας δὲ τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐπένειωρ, οἱ μεν οὖν σὺν παρρησιαστότοροι γίνονται πρὸς τὸν θεόν· ὑμεῖς δὲ τασσαράκτητα τὸν χρόνον λαΐσθ ὅμη ἀγνοεῖν θλοεῖτε, τῷρι τε θεῶρι λαὶ τῷρι σεληνῶρ ἀμελέτε, λαὶ τῆς θρησκείας τῆς περὶ τὸν αὐτόκτονον, ὅμη δὲ τοὺς χριστιανοὺς θρησκοῦντας ἐλάνυντε λαὶ διώνετε ἐώς θανάτουν. ὑπέρ δὲ τῷρι τοιούτωρ μᾶλλον λαὶ πολλοὶ λαΐσθ τὰς ἐπαρχίας ὑγειονῶρ, μὴ τῷ θεοῖστω ἄνων ἔχαψαν πατέρεισις μὴ αὐτέχραφε, μηδενὶ σύνοχλεῖρ τοιούτοις, εἴ μὴ ἐμφάνιοιν τὸ τετράτῳρος ῥωμαῖων ὑγειονίαν ἔγχρωματες. λαὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῷρι τοιούτωρ πολλοὶ ἐσήμαντον, οἵ δὴ λαὶ αὐτέχραφα, λαταπαλουθῶμ τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ. εἴ δὲ τις ἐπιμούσιοι τινά τῷρι τοιούτωρ εἰς πεάγυματα φέρων οὐδὲ δὴ τοῖστορ, ἐπένειος ὁ λαταφόρομενος ἀπολελύθω τοῦ ἔγκληματος, λαὶ ταῦ φαίνηται τοιούτος ὡρ, οὐδὲ λα-

## 84 EDICTA PRIN. R.O.

ταφέρων, σύνοχος ἐγενόμην. προστέθη οὐκ ἐφέστω οὐ τῷ  
λοιπῷ τῆς ἀσίας.

Etsi quod nunc descripsi ex libro quarto Eusebii Histor. eccles. multo sit emendatus, quam  
quod libris Iustini ascriptum est: tamen hic eti-  
am num quædam insunt maculæ, quæ exalte-  
rius exemplaris collatione tollendæ sunt. Prin-  
cipiò hic mendose legitur, μαρτυροῦσαν : ibi rectè, τίτλος.  
Constat enim hunc Titum Antoninum, qui Pi-  
us, non autem Marcum, qui Philosophus dictus  
est, fuisse. Sic & in Pandectis modò Titus Anto-  
ninus, modò Antoninus Magnus, modò Diu-  
tius Pius appellatur. Porro quod hic adiicitur βεβαιω-  
οῦντες, ibi non est: ut simpliciter intelligamus, ac-  
cusatos esse Christianos ut homines impios. Ad-  
iiciuntur autem, quæ hic desunt: λαὶ ἑτοπά τινα ιπ-  
βάλλεται, καὶ τινὰς δινούσιν αποδεῖξουν. Quod paulo  
post hic est, οὐ διλούντες, non est in illo: & profectò su-  
perfluum uidetur. Porro Ruffinus, interpres  
Latinus, deinde assuit, quod Græcè nusquam est:  
hoc nempe, Ad Christianorum inuidiam com-  
munes casus trāsferri. Scio equidem fuisse hanc  
quoque ueterem calumniam, qua Christiani pre-  
mebātur: & facile suspicor, terræmotū, de qui-  
bus hic agitur, causam uulgo fuisse ascriptā Chri-  
stianorum religioni. Sed Pius id non exprimit  
hoc loco.

Nunc de huius edicti sententia breuiter uidea-  
mus. Scribit τῷ λοιπῷ τῆς ἀσίας. Sic in Pādectis cap.  
17. De iudic. cap. 6. De excus. & cap. 5. Ad leg. Iul.  
de ui. & cap. 25. De appellat. Cicero hoc exem-  
plō dixit aliquando, commune. Hunc Antoni-  
num pro Christianis nominatim etiam aliquid  
rescri-

rescriptisse Larissæis, Thessalonicësibus, & Atheniensibus, narrat Melito Sardensis in sua ad L. Verū Apologia. Porrò quod hic Antoninus principiò significat, Christianos deorum, quibus sacrificare nolunt, iudicio relinquendos esse: hoc facere uidetur, ad eludēdam pœnam. Sanè & Tiberius apud Cor. Tacitum, ait, deorum iniurias dijs curæ esse. Et Alexander Imp. aliquando in hunc modum rescriptit: Iurisurandi contempta religio satis Deum ultorem habet. l.2. C. de reb. credi. Non dissimiliter nunc Antoninus, deorum deorum religione. Quod autem ait, accusatos fuisse Christianos tanquam homines *ἄθεοις*: optimè intelligi potest ex Iustini ad eum Apologia. Nam & hic huic criminis respondit: Si atheisti appellatur qui deos falsos non colunt, Christianos esse Atheos. Atheos tamen recte non appellari, qui uerum Deum colunt. Clemens Alexandrinus miratur, cur olim *ἄθεοι*, dicti sint Diagoras, Theodorus, Euemerus, & similes, qui idola ridebant. Sed cum omne Numen plane reijcerent, meritò sic appellati sunt. Impie uero & impate ad Christianos hoc crimé detortum est. Eusebius in libris *κατὰ την πατρινην*, laudat Epicureos & Cynicos, quod idolorum uanitatem, hoc est, eos qui tunc colebantur deos irriserint. Interea quod nihil de Deo uero recte sentirent, uituperat. Paulo post hoc edictum Antonini, Polycarpus in Asia, quia Christianus esset, accusatus etiam est *τῆς ἀθεότητος*. Multitudo circumstans presidem, acclamabat: Tolle *ἄθεous*. Sic enim Christianos exterminandos esse significabat. Iubetur Polycarpus simili te racclamare. Ille uero oculos in

cœlum attollens, & ingemiscens exclamat: O' Deus, tolle adiess. Sic impios & idololatras, & aduersarios denique suos notauit. Quod de terræ motibus hic scribit Antoninus, non temerè facit. constat eos in Asia frequentes esse: & uero frequentissimos fuisse, quo tempore Christiani uexabatur. Illud uero nimis indignū fuit, quod Christianis omnes publicè clades ascribebantur ab ijs, qui eas sibi accersebant. Antoninus, quam esset hoc indignum, ex Iustini Apologia intellecerat. Sed hac tamen inuidia multis post seculis conflagrariunt Christiani: ut intelligi potest ex Tertulliano in Apolog. Cypriano cōtra Demetr. Arnobio contra Gentes, & Augustino de Civitate Dei, & Augustini discipulo Orosio.

Postremo Antoninus aperte statuit, ne quis eo solo nomine quod Christianus sit, reus fiat: aut si fiat, absoluatur: accusator uero condemetetur. Sic enim & Adriani rescriptum confirmauit: & quod sublata inquisitione reliquerat Traianus, iudicium sustulit. Sed quid impetravit? Nulla unquam magis contempta principum Rom. edicta fuere, quam quæ Christianis fauere uisa sunt. Post hoc editum Antonini, & in Asia, & in Gallia, in Christianos non minus quam antea saeuatum est. Polycarpus senex oloogenarius, Smyrnæ crudelissimis flammis extinctus est. In Gallia, Lugduni multo plures ad hanc lançnam pertracti sunt. Sed ea historia repetatur ex illis duabus, quarum iam sepe memini, Ecclesiasticis epistolis. Credo equidem hanc carnificinam Galeno, qui tunc uiuebat, minimè placuisse. Sed ei mederi non poterat: & Christianos, ut fatuos,

sua

sua sapientia inflatus continebat. Nam & ipsius  
Moseos atque Christi ~~disceplinū~~ (ut uocat) ~~avv-~~  
~~nō deus~~ ~~lōp~~ irridet, lib. 2. de Different. pul. Maio-  
ris tunc auctoritatis erat Ceruidius Scæuola Iu-  
riscons. Sed magis etiam erat profanus, & à uera  
religione abhorrens. Quid igitur? Antonino  
Pio successit M. Antoninus Philosophus, qui  
inter Salios sacerdotes educatus, ualde initio fu-  
it Christianis iniquus. Extat in Pandectis quod-  
dam eius rescriptum, cap. 30. De poen. Relegan-  
dos esse in insulam, qui aliquid fecerint, quo le-  
ues hominū animi superstitione numinis terre-  
antur. Quos hic notet, nescio. Sed sola relegatio-  
ne Christianorum, tunc Praefides contenti non  
erant: neque hic princeps suæ superstitionis au-  
tores relegari uoluit, quos mirabiliter colebat.  
Multi sane illi oblati sunt libelli Apologetici  
pro Christianis: sed nihil impetrasse uidentur.  
Missus ad eum etiam legatus Athenagoras phi-  
losophus Atheniensis. Sed necesse tandem fuit,  
ut Deus ipse nouo & singulari beneficio fractum  
atque uictum commoneret. Grauissimum hic  
Antoninus in Germania bellum gerebat, aduer-  
sus Marcomannos: cuius causa non solum & ser-  
uos armauit, & gladiatores, sed & legionem u-  
nam Christianorum ex Armenia euocauit. Hæc  
suis ad Deum precibus, in summa fccitate impe-  
trasse dicitur pluuiam, quæ languentem Roma-  
norū exercitum recrearet: simulque fulmen,  
quod hostes percelleret. Eusebius libro quin-  
to conqueritur, profanos scriptores huius talis  
tantiq; beneficij gloriam Christianis eripere uo-  
luisse. Et uero Capitolinus eam ipsi potius An-

tonino ascribit: Fulmen (inquit) precibus suis  
 contra hostium machinamenta extorsit, suis plu-  
 uia impetrata, cum siti laborarent. Dio cuidam  
 Arnuphi mago Ægyptio acceptum hoc refert.  
 Sed eum facile refellit Xiphilinus, cū & ipse Dio  
 paulo pōst mentionem fecerit legionis *λοσπαννοβό*  
*λαου*. Sic enim dicta fuit illa Christianorum legio,  
 Fulminatrix. Sed neque tam ingratus fuit Anto-  
 ninus, quin hoc agnoverit atque prædicarit; ut  
 mox intelligemus. Tertullianus, cuius ætate  
 recens adhuc erat huiuscē facti memoria, diligen-  
 ter hanc tuetur, ad Scap. Marcus (inquit) Aure-  
 lius in Germanica expeditione, Christianorum  
 militum orationibus ad Deum factis, imbres in-  
 siti illa impetravit. Tum adiicit: Quando non ge-  
 niculationibus & ieunctionibus nostris etiam  
 fuscitates sunt depulsæ? Significat, sæpius tales  
 pluuias abs Christianis impetratas esse. Certe  
 & post tempora Tertulliani, Theodosio pugnan-  
 ti diuinum auxilium non dissimile adfuisse, ca-  
 nit Claudianus. Sed (quod nunc quærimus) ec-  
 quid Marcus Antoninus Christianis rependit?  
 Tertullianus in Apolog. De tot (inquit) princi-  
 pibus ad hodiernum, diuinum humanumque sa-  
 pientibus, edite aliquem debellatorem Christia-  
 norum. At nos contrariò edimus protectorem.  
 Si literæ Marci Aurelij grauissimi Imperatoris  
 requirantur, quibus illam Germanicam sitim,  
 Christianorum fortè militum precationibus im-  
 petrato imbré discussam contestatur: sicut non  
 palam ab eiusmodi hominibus pœnā dimouit, i-  
 ta alio modo palam dispersit, adiecta etiam accu-  
 satoribus damnatione, & quidem tetriore. Hæc

Tertullianus de literis M. Antonini, & earum ueluti argumento. Orosius hanc quoque historiam pluribus uerbis exponit, & illud adiungit: Extare etiam' num apud plerosque dicuntur lite  
ræ Imperatoris Antonini, ubi inuocatione no-  
minis Christi per milites Christianos, & sitim il-  
lā depulsam, & collatā fuisse fatetur uictoriā. E-  
quidē has ego literas diu requisui, quas Christia-  
ni nominis hostes olim suppressere uoluisse ui-  
dentur: tandemque eas Græcè scriptas reperi, ca-  
su quodam assutas operibus Iustini: nonnullis  
certè locis mutilas atque mendas, sed in eo  
quod nunc præcipè quærimus, integras.

Αὐτονομίας λαϊσσερ μάχηνος, αὐτήλιος, αὐτωνίνος, γρα-  
μμινος, παρθηνος, σαρματινος, θύμιω ρωμαιών λαϊ τῇ ιε-  
ρῇ συγκλήτῳ χείρειν. φανόρᾳ ἡμῖν ἐποίησε τὰ τοῦ ἐμοῦ  
σοποῦ μεγέθη, ὃνοια cù τῇ γράμματι ἐν τε στάσεως δια-  
πριβολῆς ἐπανολουθήματα ἐποίησε, cù τῇ μεθοέριζῃ λαϊσσο-  
λαϊσσαθῶν, cù λιτίνῳ λαταλαιμβανομένῳ μου ὑπὸ ορανόν-  
των ἐβδομήνοντα τεσάρων ἀπὸ μιλίων cίνεα. γενομένων  
δὲ αὐτῷ ἐγγὺς ἡμῶν, ἐξπλωγάτωρες ἐμένυταν ἡμῖν, λαϊ  
πομπηικοὶ ὃν μέτρος πολέμαρχος ἐδήλωτον ἡμῖν, καὶ ίνα  
ἔδομεν. λαταλαιμβανόμενος δὲ ἡμέν cù μεγέθει πλάθους  
διαιτον, λαϊ τρατον μάτιον λεγεῶνος, πέριμας μενέτης γε  
μιναρφοντοια μίγμα λατυσθιμημένον, πλέθη παρείνατ  
πακιντον ὄχλος χιλιάδων cύπαστίων ἐβδομήνοντα ἐπῆ.   
ἐξτάσεις οὖν εμαυτῶν λαϊ τὸ πλῆθος τὸ ἐμόν πρὸς τὸ μέγεθος  
τῷρ βαρβαρώῳ λαϊ πολεμιών, λατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς σύ-  
χεδον πατρώσις. ἀμελον μονος δὲ ὑπὸ αὐτῷ, λαϊ τὴν σφο-  
δεύειν μου θεωρήσας τῆς Διωδέως, παρενέλεσα τοὺς  
παρ' ἡμῖν λεγομένους χριστανοὺς, λαϊ ἐπιστρήσας σὺν τοῖς  
πλῆθος λαϊ μέγεθος αὐτῷ, λαϊ ἐμβει μπαμένον εἰς αὐτοὺς,  
πορ cùν πρεπε, διαὶ τὸ ὑπόρομ ἐπεγνωμέναι με τὴν Διόνα

## 90 EDICTA PRIN. R.O.

μην αὐτῶν ὅθεν αρξάμενοι οὐ βελῶρ ταφοφτοῖς, οὔτε ἀπλωμ, οὔτε σαλπίγγων, οὐδὲ τὸ ἔχθρον εἰναι τὸ τοιότο αὐτοῖς  
δικτόνθεον δι φροῦτι λατέ σωμάτοις. εἰνὸς οὐδὲ βεττίν, οὐδὲ  
ὑπολαμβανόμενον ἀλέους οὐκοι, θεύν ἔχουσιν αὐτόματον, οὐ  
τῷ σωματίσιον τετελχισμένον. γέλαντες γαρ ἐστὶς ἐπιτίτην  
γῆν, οὐκ ὑπέρ ἐμοῦ μόνοι ἐπειθησαν, αλλὰ λαὶ υπέρ τοῦ  
ταφόντος τραχτόν ματος ταφήγοροι γενεθαὶ Λίβυς, λαὶ λι-  
μοῦ τῆς ταφόδου. ταεπτάσιοι γαρ ὑπέρ οὐν εἰλέφαντο,  
οὐδὲ τὸ μὴ ταφάναι λίμναι γαρ εἰ τῷ μεσομεράλῳ τῆς γῆρακ  
νίκαι, λαὶ τοῖς ἄρροις αὐτῶν. αἴρει δὲ τῷ τούτοις πᾶσαι ἐπὶ τῇ  
γῆν ἐστοῦν, λαὶ σὺν χειρὶ θεῶ, ὃ ἔγινον νόσον, σύθεως οὐλως  
ὑπολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν οὐκας φυλάσσοταν, ἐπὶ δὲ τὸς  
ρωμαϊων ἐπιβούλις χάλαρε ταρφώσις. αλλὰ λαὶ σύνθη θεοῦ  
ταφρυτάσιον εἰ σύχη γινομένην ταφωτίναι, ἡς αἰνιωρθεῖται  
του λαὶ ἀπαταλόντου. αὐτόθεν οὖν αρξάμενοι, συγχωρέω-  
μεν τοῖς τοιότοις εἰναι χριστιανοῖς, ίπα μὴ λαθ' οὐμῷ τοιοῖν  
τοῦ αἰτησάμενοις ὄπλοιν ἐπειτύχωσι. τὸν δὲ τοιοῦτον συμβον  
λόνια διε τὸ τοιοῦτον εἰναι χριστιανῶν, μὴ ἐγναλεῖθαι. εἰ δὲ  
σύρεθείν τις ἐγναλεῖτῷ χριστιανῷ, δι τοῦ χριστιανός ἐστι, τὸρ  
μὴν προσταύόμενορ χριστιανόρ πρόσλαλορ εἰναι βούλομαι γίνε-  
σθαι, δι μολογήσαντα τούτο, αλλο ἐτέροι μηδεὶν ἐγναλοῦμε-  
νου, οὐ δι τοῦ χριστιανός ἐστι μόνον. τὸν προστάγοντα δὲ τούτον,  
γίνοντα λαχεῖθαι. τὸν δὲ χριστιανὸν ὄμολογήσαντα, λαὶ σωκ  
σφαλισάμενον τε εἰ τοῦ τοιούτα, τὸν πεπιτσυμένον τοῦ  
ταφρίαν εἰς μετανοίαν λαὶ αὐτελσυνθεῖαν τὸν τοιοῦτον μὴ  
μετέγειρ. ταῦτα δὲ λαὶ τῆς συγκλήτου λόγιματι λαζωθεῖσαι  
βούλομαι, λαὶ πελσόν τοῦτο μεν τὸ διάταγμα εἰ τῷ φέρε  
τοῦ Τραχιανοῦ προτεθῆναι, πρὸς τὸ Λιβανόν μεν αἰγαίωνε-  
θαι, φροντίσειο προσέφεντος βιργάσιος τοκίων ἐστάσις  
εἰξεπαρχίας ταμφθεῖσαι. ταῦτα δέ τὸν βουλόμενον λαζωθεῖ  
λαὶ ἔχειν, μὴ λαζωθεῖται λαμβανεῖν εἰ τῷ προτεθεῖται  
ταφρόν μονον.

Principium huius rescripti mendosum esse di-  
xi,

xii, nec sine alterius exemplaris ope restitui & castigari posse puto. Nec uero ad id quod nunquam, ualde pertinent. Pars secunda, qua uictoriā suam describit Antoninus, & Christianorum precibus fert acceptam, lōgiorem commentarium minimè requirit. Pars postrema, quæ huius propriè loci est, duo capita cōtinet. Iubet, ut qui in ius uocatur, quod Christianus sit, neq; alio præ terea crimine tenetur, liberari: neq; abs præside prouinciæ ad aliquam pœnitentiam tradi, aut quicquā propterea de suo iure amittere: et si, quod obijcitur religionis crimen, in iure confiteatur. Imò uero accusatōrē ipsum, qui hoc eum solo nomine in ius adduxit, non solum tamquam improbum calumniatorem damnari, sed & uiuum exuri. Non enim crimen esse, quod in iudicium uocari debeat, Christianā religionem. Hoc autem suum edictum hic Antoninus uult etiam Senatusconsulto confirmari: & ubi patres auctores facti erunt, in foro Traiani publicè proponi, & descriptum ad omnes prouinciarū præsides transmitti.

Sicut tandem M. Antoninus omnibus permisit impunè esse Christianis: & quam Traianus accusationem permiserat, proposita in foro Traiani noua lege non solum sustulit, sed & talionis ueluti pœna castigauit. Denique ingenuè confessus, quod re ipsa compererat, uerum abs Christianis Deum coli, et si uulgo *ἀθεοι* appellētur. Nulum ijs maius testimoniū religionis & innocētiꝝ reddi, nullaq; nobiliori sanctiōne libertas eorū communiri potuit. Sed quam in hac causa sanctionem non cōtemnit, quam legem nō perrum  
pir

pit aduersariorū impietas, ad omnem audaciam  
proiecta? Si quām fuerint uulgo cōtempta, quæ  
pro Christianis edicta principes edebant, cogite  
mus, Iudibria potius quædam fuisse dicemus.  
Vlpianus ait, non debere illusoria esse Prētorum  
decreta. Recte. Sed principum edicta an eludi  
debuerunt, quia fortè religiosa uidebātur? Vix  
mortuus Marcus Antoninus erat, cum Apollo-  
nius senator Romanus, indicio sui serui propter  
religionem Christianam reus factus est: eamque  
confessus, cuius & in Senatu rationem reddidit,  
capitis pœnas dedit. Eusebius & Hieronymus  
significant, Senatum ad sententiam tam crude-  
lem adactum fuisse ueteri quadā lege, quæ Chri-  
stiani nominis reum absolui non pateretur. Quę  
tandem lex ista fuit? cuius uel auctoris, uel tem-  
poris? Indici huic seruo, pro præmio, Senatus  
cruora confringi iussit. Fuisse hanc ueterē calum-  
niatorum pœnam, Cicero scribit. Et in hoc sup-  
plicio irrogando Senatus secutus uidetur iudi-  
cium Tiberij, Adriani, & Antoninorum: quibus,  
ut dictum est, placuit, Christianorum accusato-  
res puniri. Sed profecto neque Adrianus, neque  
Antoninus Pius, reos absolui uetuit.

Interea dum hæc Romę iudicia exercebentur,  
Lugdunensem prouinciam legatus regebat Se-  
ptimius Seuerus, & eodem loco Ecclesiam Ire-  
næus. Non dubium est, quæ tunc illic de Chri-  
stianis sumpta supplicia esse dicuntur, huius Se-  
ueri imperio irrogata fuisse. Quid uerò paulo  
post, cum Romanus Imperator fuit? Spartianus  
ait, eum uetusse sub graui pœna, Iudæos fieri.  
Idemque & de Christianis sanxisse. Audio acer-  
bum

bum edictum: neque adhuc acerbius ullum editum fortasse fuerat, quod quidem ad omnes æquè pertineret: & uero Apologeticæ querelæ Tertulliani testes sunt, magnam eorum temporum sœ uitiam fuisse. Verum non fuisse hanc Seueri perpetuam & constantem uoluntatem, partim ex Pandectis, partim ex ipso Tertulliano dico. Vlpianus libro tertio De officio proconsulis, cap. 3. De Decur. ait: Eos qui Iudaicam superstitionem sequuntur, Diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt. Sed & necessitates eis imposuerunt, quæ superstitionem eorum non laederent. Alciatus sine causa putat ad Christianos id pertinere, & eorum religionem hic appellari Iudaicam superstitionem: hocq; illis indultum esse, quia eorum precibus imperata sit pluua, qua Romanus exercitus siti laborans fuerit recreatus. Itaq; hic, non SEVERVM, sed VBRVM legere uult, & Verum appellari M. Antoninum contendit. Sed prius probet, Iudaicam superstitionem appellari in Pandectis religionem Christianam. Certè Vlpianus in libris suis De officio proconsulis, ex quibus est descriptum illud in Pandectis caput tertium De Decur. rescripta principum contra Christianos colligebat, ut paulo post probabo. Sed & Modestinus cap. 15. De excusat. nominatim ad Iudæos refert superiorum constitutionem. Neque nouum est, Romanos principes multa Iudæis concessisse. Scio equidem extare in Codice quoddam Antonini Caracallæ rescriptum, quo uidetur Iudæorum collegium iudicare illicitum, quia non recte illi legari ait. l. 1. C. De iud. Sed iam admonui, hos princi-

## 94 EDICTA PRIN. R.O.

principes in his causis s<sup>e</sup>pe sententiam mutasse.  
Quod ad Christianos attinet, h<sup>c</sup> Tertulliani ad  
,, Scap. uerba sunt: Ipse etiam Seuerus, pater Anto-  
,, nini, Christianorum memor fuit. Nam & Procu-  
,, lum Christianum, qui Torpacion cognominaba-  
,, tur, Enhode<sup>q</sup> procuratorem, qui eum per oleum  
,, aliquando curauerat, requisivit, & in palatio suo  
,, habuit usque ad mortem eius: quem & Antoni-  
,, nus optimè nouerat, lacte Christiano educatus.  
,, Sed & clarissimas fœminas & clarissimos uiros  
,, Seuerus sciens huius sectæ esse, non modò non  
,, laesit, uerū & testimonio exornauit: & populo  
,, furenti palam in os restitit. Hic Tertulliani lo-  
cus testis est, Septimiū Seuerum alieno abs Chri-  
stianis animo semper non fuisse. Sed fauor pro-  
pter curationem magis fuit, quām propter reli-  
gionem: & priuatus quidē fauor, propter quem  
interea nihil sit remissum de publica illa fœnitia,  
qua Christiani uexabantur. Nam neq; Seuerus  
ullo edicto, ut Christianis parceretur, publicè im-  
perauit: qui tamen quām eo tempore crudeliter  
uexarentur, ex ipso quoque Tertulliano intelli-  
gi potest. Atque is quidem narrat, præsidē quen-  
dam Cappadociæ Claudiū Herminianum, cum  
indignè ferret uxorem suam Christo nomen de-  
disse, & in Christianos desæuiisset, & abs uermi-  
bus propterea corrosus esset, tandem cognito er-  
tore suo penè Christianū decessisse. Hunc esse il-  
lum Claudium Herminianum, cuius Papinia-  
nus in Padectis m<sup>et</sup>ionem facit, & quem claris-  
simum uirum appellat, nuper doctissimus Iurif-  
consultus admonuit. Certè temporibus Seueri  
proconsulem eum fuisse, facile credo: quibus &  
Papini-

Papinianus prætorio præfctus erat. Sed sæpe mirari cogor, Papinianum, qui ueluti summus tunc erat Prætor, auctorem non fuisse, ut barbara illa feritas præsidum Christianos exagitantium aliquando reprimeretur: saltē ad aliquam iudiciorum legem, rationem, ordinem reuocaretur. Quid enim? Cum (ut Ciceronis uerbis utar) crimen est sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, certè immanis quædam barbaries est. Superior locus Tertulliani, Antoninum Seueri filium, quem & Caracallam appellant, lacte Christiano educatum, non omnino abs Christianis auersum fuisse significat. Sed si eius tempora consideremus, uix ulla fuerunt Ecclesiæ iniquiora, non fuit maior confusio sacrorum omnium, quæ maxima fuit, impe- rante Heliogabalo: qui paulo pōst secutus est, & unum toto orbe Deum Heliogabalum coli uolu- it, in eiusque sacrarium, quod Romę extruxit, & Iudeorum & Samaritanorum & Christianorum religionem inferri atque includi, ut Lampridius narrat. Successit tandem Alexander Seuerus Mammæus: quem uerius dixerimus laete Chri- stiano educatum fuisse. Matrem habuit Mammę am, fœminam (ut Hieronymus ait) religiosam, & Origenis (ut scribit Eusebius) discipulā. Ab- tali magistra, matreque, Alexander uidetur de Christianis multa libenter audiisse, quæ deinde sæpe in ore habuit: ueluti illam eorum sententi- am, Q. VOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. In deligendis prouinciarum præsi- dibus, secutus est morem quendam Christiano- rum, ministros Ecclesiæ diligentium. Denique

## 96 EDICTA PRIN. R.O.

Christum in suo Larario coluisse dicitur, publicumque etiam templum illi extruere uoluisse: quanquam id uoluerit magis quam fecerit, sicuti & de Adriano suprà commemorauit. Addit Lampridius, cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent: contraq; popinarij contenderent, sibi eum potius deberi: consultum hunc Alexandrum rescriptisse, melius esse ut quomodo cunque Deus illic colatur, quam popinarijs dedatur. Ergo Christianis non modo liberam religionis suæ, & publicam confessiōnem, sed & locum in urbe concessit. Verū dicitum eius nullum audio, quo præsidū in prouincijs gladij à ceruicibus Christianorum depelerentur, ignes extinguerentur, cruces deiijcerentur. An, qui huius principis consilijs præerant Iurisconsulti, & præsides illos, si cessarent, impellebant, & gladios distringebant, & ignes excitabant, & crucis defigebant? Atqui nunquam plures, iustiores, æquiores Prudentes Principem circundesisse dicuntur: inter quos Lampridius numerat & Ælium Serenianum, & Quintilium Marcellum: illumque, uirum omnium sanctissimum: hunc, tam bonum, ut ne meliorem quidem historiæ ullum commemorent, fuisse ait. Quid de eorum collegijs dicam? Legislatores illi nostri sunt, quorum sapientiam in Pandectis admiramus. Sint sanè. Sed Christianis inimicos nihilominus fuisse, facile suspicor: neq; tam bonus & à sanguine abhorrens erat Domitius Vlpianus, qui tunc præfectus prætorio fuit, quin ambitione & crudeliter quædam faceret. Certè Flavianum & Chrestum interfecisse, ut eis succederet,

deret, narrat Dio. Verum suspicionem meam  
confirmat Lactantius, qui libro quinto, cap. ii. po-  
stequam de crudelitate aduersariorum multa di-  
xit: Quinetiam (inquit) sceleratissimi homici-  
dæ contra pios iura impia condiderunt. Nam &  
constitutiones sacrilegæ, & disputationes Iuris-  
consultorum leguntur iniustæ. Domitius de of-  
ficio proconsul's libris septem rescripta princi-  
pum nefaria collegit, ut doceret, quibus pœnis  
affici oporteret eos, qui se cultores Dei confite-  
tentur. Hic uidetur fuisse Domitius Vlpianus,  
Iurisconsultorū (sic enim dictus est) Coryphæus,  
qui De officio proconsul's libros decem scripsit.  
Nam & quo in Christianos animo fuerit, ille in  
Pandectis locus, cap. i. De ext. cognit. indicat, u-  
bi uidetur eos appellare impostores: quorum es-  
se ait uerbum exorcizandi. Fuit hoc certè uer-  
bum Christianorum. & Hieronymus ad Marcel-  
lam significat, Christianos uulgo & in triujs di-  
ctos esse impostores. Quid igitur Domitius Vl-  
pianus? Is certè Alexandrum Seuerum regebat,  
& eius nomine proconsulibus in prouincias itu-  
ris mandata dabat. Sed cum uideret abs Christianis  
nō alienum, ab eorum certè sanguine abhor-  
rentem, uix impelli posse, ut de ijs exterminan-  
dis aliquid ediceret: uidetur ( si modò is est, de  
quo Lactantius loquitur) uetera impiorum ty-  
rannorum rescripta Proconsulibus obiecisse, ut  
ex ijs suum in hoc generē officium æstimarent.  
Non extant hi De officio procōsulis libri Domi-  
tij. Multa in Pādectis supersunt eōrum fragmenta:  
ta: sed in his uerbum nullum de Christianis. V-  
hus extat locus ex libro 3. ubi latidatur Seueri &

GG Antonii

Antonini rescriptum, quo Iudæis permittitur  
 honores adipisci: cap. 3. De Decur. An Vlpianus,  
 quo magis Christianos uret, hoc commemo-  
 rauit? Ut Julianus Imp. odio Christianorum fa-  
 uisse Iudæis dicitur. Potuisset profecto Vlpi-  
 anus plura pro Christianis rescripta principum  
 colligere, si uoluisset. Ea malignè suppressere, &c  
 aduersaria etiam consingere, non est certè boni  
 (ut mollissimè loquar) Jurisconsulti. Nihil te-  
 merè & intemperanter dicere hic uelim. Sed  
 quæ tādem illa esse potuerunt tam multa de ex-  
 cruciandis Christianis principum rescripta? Sa-  
 nè cum eo tempore, Tertulliano causam Chri-  
 stianorum agenti, obijcerentur leges Romanæ,  
 que illos nō ferre dicerentur, exclamauit Tertul-  
 lianus: Quales truces leges istæ, quas aduersus  
 nos soli exercent impij, iniusti, turpes, demētes,  
 uani? quas Trajanus ex parte frustratus est, ne-  
 tādo inquiri Christianos: quas nullus Adrianus,  
 quanquam curiositatum omnium explorator:  
 nullus Vespasianus, quanquam Iudæorum de-  
 bellator: nullus Pius, nullus Verus impressit,  
 &c. Quid Tertulliano respondere potuit Do-  
 mitius? An Neronis & Domitianī exempla ob-  
 ijeceret? At ijs quoque Tertullianus occurrit. Ve-  
 rum fuerint sanæ leges illorum tyrannorū man-  
 data. Saltem posteriorum principum editiis nō  
 uis erant sublatæ. Sic enim Vlpianus ipse doce-  
 bat, constitutiones priores posterioribus tolli.  
 An in hac causa alio iure utebatur? Tertullianus  
 testatur, dictitatum tunc fuisse, non modò esse  
 Christianis aduersarias leges Rom. sed eas quo-  
 que esse immutabiles. Indigna Jurisconsultis Ro-  
 manis

manis erat hæc cauillatio. Nihil uero, quam eam  
 refellere, facilius fuit. Neque certè hic mutus fu-  
 it Tertullianus. Antiquas leges Rom. saepe mu-  
 tatas esse ostédit: ac ne in causa quidem Christiana  
 norum semper easdem fuisse: denique nec de su-  
 orum deorum religione idem semper iudicare  
 Romanos. Serapidis atque Isidis sacra, euersis e-  
 orum aris, Pisonem & Gabinium Cos. sustulif-  
 se ait: postea tamen restituta illa esse, & restitutis  
 summam maiestatem esse redditam. Hic fortasse  
 Vopianus replicabit, talium Consulum aëta nun-  
 quam Senatui placuisse. Nam & eos Cicero pro  
 Sest. accusat, quod Peſſinūtium sacerdotem ex-  
 pulerint, & sanum sanctissimarum (ut ait) & an-  
 tiquissimarum religionum Brogitaro cuidam  
 uendiderint. Verum necesse non est ualde labo-  
 rare, ut uniuersum Ius Rom. de religione, saepe  
 fuisse mutatum, aliquis ostendat. Eorum histo-  
 riæ satis superque hoc docent. Mirum uero, qua-  
 fronte dicere ausi sint, Quod aduersus Christianos  
 semel decretum est, mutari non posse. Nihil  
 enim unquam saepius mutatum iactatumq; est.  
 Olim cum Prætores ius uarie diceret, iussi sunt  
 perpetua habere sua edicta. Cumque his tamen  
 non uiderentur teneri successores, tandem Adria-  
 nus Imp. edictum perpetuum tale edidit: Ut li-  
 cet Prætores mutarentur, iurisdictio tamen ea-  
 dem maneret. In causa uero Christianorū, quo-  
 ties mutatae nihilominus leges sunt? quoties e-  
 dictis edicta contraria edita? Neque solum quod  
 princeps aliquis statuerat, successor abrogabat:  
 sed ne unus quidem princeps aut tyranus sibi  
 perpetuò in hac quæstione constabat. Quid?

An Vlpianus, ne incerti proconsules essent, crudelissima quæque mandata delegit, quorum exempla illis prescriberet? Proconsulibus in provincias ituris Senatus Mutium Scæuolam, qui Asiae proconsul integerrimus fuerat, proponere ad imitandum olim solebat. Mirum uero, si eodem in hac causa animo Mutius fuisset, si ætate Vlpiani uixisset. Evidem audio ueterum Mutorum præclararam scilicet illam sapientiam fuisse, ut dicerent, fabulosas quidem esse religiones, quibus Resp. Romana continetur: sed tuendas esse atque retinendas tamen contenderent, quia populum metu quodam constringere uiderentur. Verum si talis iurisprudentia Romana fuit: saltem pudore & exemplo sui Alexandri Vlpianus retineri debuit. Sua etiā purpura Vlpianum Alexander aduersus uim militum aliquando protexit: & Vlpianus Christianos in huius Alexandri sinu confodiet? Cum principibus Christiani utcunque transigere poterant, & ijs uti non omnino iniquis: cur Iurisconsultos habent iniquiores? Cur hos etiam Iudei placare potuerunt, non potuerunt Christiani? cum illi tamen factiosi ac seditiosi: hi simplices, & modesti, & quieti essent. Nam quod Christianos non solum læsæ religionis, sed & maiestatis accusabant, ut Tertullianus in Apolog. cap. 23 & 28. scribit, impudens in utroque crimine calumnia fuit. Quanquam hæc quæstio modò Iuris esset, modò factio. Hic enim quædam obiectebantur, quæ confitebantur Christiani, sed iure defendebant: alia erat quæ pernegabant, nec conuincebantur. Verum in utroque rursus genere iniqui erant Romani iudices.

iudices. Nam neque audiebant Christianos de iure disceptantes, ubi factum essent confessi: neque cum factum inficiabantur, legitimas ab accusatoribus probationes exigeabant: quasi uero ac-  
cuseare esset satis ut reus damnaretur, nullaq; cau-  
ſe cognitio esset necessaria. Atqui causa ageba-  
tur omnium quae unquam fuerunt, esseque pos-  
sunt, maxima. Agebatur de capite multorum po-  
pulorum. Fœlix ille præses Iudææ, in Pauli uni-  
us causa fuit temperantior. Audiebat Paulum ac-  
cusari uiolatae religionis: & seditionis concitatæ  
reum, qui in religionis quæstione, de iure disce-  
ptabat, & seditionis crimen depellebat inficiati-  
one facti, ampliavit, donec de utroque magis sibi  
liqueret. Saltem hoc ampliationis exemplo Vi-  
pianus in simili causa usus esset. Age uero, ex sui  
iuris formula iudicet. Læſæ religionis, ut dixi,  
noſtri erant rei. Quid ita? Quia ſuā potius, quam  
Romanam, ſequebatur religionem. Atqui ſuam  
cuique gēti religionem relinquebant antiftites  
Iuris Romani: cur Christianam ſolam non ferūt?  
An (quod tunc dixit Tertullianus) apud eos  
quiduis colere ius erat, præter Deū uerū. Quæ-  
rit Augustinus, Cur, cum Romani omnium tan-  
dem gentium deos receperunt: Hebræorum De-  
um ſolum reiecerunt? Causam hanc eſſe putat,  
quod iij audirent, illum coli ſolum uelle, neq; ſo-  
cium ullum admittere. Atqui & Hebræos Iudæ-  
os uie cum ſua religione tolerabat iurisprudentia  
Romana: cur ferre non potest Christianos? An,  
quod Iudæi proprius accedebant (ſicuti ait Arno-  
bius) ad aliarum gentium ritus, quia templis, a-  
ris, uictimis, ceremonijs, Deum ſuum colerent?

Christiani autem, qui ab ijs quoque dissidebant,  
 nouum quoddam mōstrum clam alere uideren-  
 tur? Alterum erat crimē læsæ maiestatis. Quid  
 intererat hoc criminе Christianos liberabant. Et  
 uero quid Christiani illis tam alioqui turbulētis  
 temporibus moliti unquam sunt, ut perduelles  
 iudicari deberent? Tertullianus ad Scap. Circa  
 maiestatem Imperatoris (inquit) infamamur:  
 tamen nunquā Albiniani, nec Nigriani, uel Cal-  
 fiani inueniri potuerūt Christiani. At erant mul-  
 ti fanatici & impuri nebulones, qui Bacchanalia  
 quædam in nocturnis suis & nefarijs sacris cole-  
 bant, nomen alioqui Christianum professi. E-  
 rant sane. Nam qui Gnosti dicebantur, tales fu-  
 issē confiteor. Sed illud nimis indignū erat, quod  
 hi impunē grassarentur: & qui ab ijs abhorrebāt  
 Christiani, eorum tamen nomine & loco pœnas  
 darent, sicuti Iustinus scribit. At cum multi  
 profectō impij homines & scelerati, se mentiren-  
 tur esse Christianos, & astutē id simularent: neq;  
 facile abs ueritate simulatio discerni possit, præ-  
 fertim ubi de religione agitur: uisi sunt pruden-  
 tes sapienter scilicet conculere, cum totam hanc  
 nationem, gentemque uniuersam exterminan-  
 dam esse iudicarent. Atqui si hoc iure sit, nulla  
 est hominum societas, ciuitas nulla, domus pro-  
 pè nulla, quæ funditus delenda nō sit: quia cum  
 bonis permixti semper mali sunt, & in tali con-  
 fusione delitescunt. Quid igitur? An mali feren-  
 di sunt, ne & boni inuoluantur? Certè Iuris-  
 consulti laudant Traiani rescriptum, Melius esse  
 innocentem absolui, quam innocentem cōdem-  
 nari.

vari. Sed in hac causa poterant iustius agere, atq;  
 sapietius. Vetus Traianus inquiri Christianos.  
 Recte, cum improbe illud, an Christiani essent,  
 solum quereretur, solumque ad poenam satis es-  
 se credebatur. Sed alia erat inquisitio restituenda,  
 quæ & Tertullianus in primis requirit. Quæ-  
 rendum enim erat, an qui Christiani dicebatur,  
 etiam essent: hoc est, an quod profitebantur, pre-  
 starent, & eorum ea esset, esse quæ debebat, uita.  
 Quid homines cogitent, certo scire uix aliis po-  
 test. Sæpe enim aliter loquuntur, quam sentiunt:  
 & maximè cum de religione queritur, aliud age-  
 re, aliud simulare solent. Sed quæ eorum tamen  
 sint actiones, quæ studia, qui mores, quæ uita sit,  
 si proprius in eos inquiratur, non est difficile in-  
 telligere. Cogitationis nullam in Rep. poenam  
 esse debere, iudicabant Iurisconsulti. Sed hoc e-  
 orum prudentia dignum erat, ut facta diligenter  
 cognoscerent atque estimarent. Speciosa, quæ  
 obtendebatur, nomina repudiabant. Recte. Lar-  
 uæ enim sunt, quæ sunt derrahendæ, cum ueritas  
 queritur. Neque scio, neque dissimulo, mul-  
 tots impostores sub earum ueluti clypeo delitu-  
 isse: & cum religionis titulo, tum uero Christia-  
 ni nominis specie sæpe abusos esse. Neque pro-  
 fecto in ea causa uellem pronunciaffent Romani  
 iudices, sibi non liquere, aut talem ijs tabulam  
 N.L. principes dedissent. Vellein potius, fuissent  
 curiosi Quæstores, & eam inquisitionem institu-  
 issent, quæ passa non esset improbos homines  
 impunè latere, & fallere. Narrat Lucianus, Pe-  
 ruginum quendam impostorem, cum Christianorū  
 nomen induisset, captum, & in carcere

## 194 EDICTA PRIN. R.O.

piñatum fuisse. Utinam quotquot erat tunc inter Christianos Lucianici ~~et pueri~~ ( quales olim multos fuisse, & nunc quoque esse, non dubito ) eodem exemplo, quas merebantur, pœnas de- dissent. Sed aliorum bonorum uirorum religio- osa simplicitas ecquid erat merita ? Nam falsum crimen ex triuio sumptum ijs obijcere, non erat ingenui hominis: nedum Vlpiani, & Iurisconsul ti, & Præfeti prætorio. Valentinus, & Marcion, & postea Nouatus, atque Paulus Samosatenus, instituerant turpissima profecto collegia, quæ Christianæ religionis titulo etiam se uendita- bant. Digna certè hęc erant, que, ut olim Baccha- nalia, exterminarentur: nullaque satis acerba se- ueritas aduersus talia scelerum & flagitiorum omnium portenta esse potuisset. Sed doleo, tali- um impostorum iustissimo odio, iniuste confa- grasse totam nationem Christianorum. Doleo, prudentissimos alioqui Iurisconsultos, erroris simul & iniusticiæ hic fuisse antistites. Audio illam Laetantij iustissimam indignationem, qui posteaquam illud, quod paulo ante dixi, de Do- mitio commemorauit, exclamat : Quid ijs fa- cias, qui Ius uocant carnificinas ueterum tyran- norum, aduersus innocentes rabide sequentium ? Et cum sint iniusticiæ crudelitatisque docto- res, iustos se esse tamē & prudentes uideri uolūt, cæci & hebetes, & rerum & ueritatis ignari, &c.

In quæstione iuris, hoc est, religionis iuste uel iniustæ, non miror eos falli atque errare. Alijs, quos errare putabāt, tam iniquos esse miror. Mi- ror, alieni quoque criminis iniusta inuidia eos uelle onerare. Nam cuius tandem Prætoris est, non

non modò ius iniustum dicere, sed & facti cōtro  
versi questionem cognitionemque nullam man  
dare? Cuius Quæstoris, insontes cum fontibus  
confuse miscere?

Alexandro Seuero successit Maximinus ille  
tyrannus, qui & Cyclops & Phalaris à Romanis,  
ut erat, appellabatur. Is ipsius Alexandri, quem  
trucidarat, & Christianis fauisse audiebat, quo  
dam etiam odio fuit crudelior. Sed plebi tamen  
Christianæ pepercisse, & in solos episcopos do  
ctoresque sœuijisse, scribit Eusebius lib. 6. histor.  
Ecclef. Secutus est Gordianus, princeps qui  
dem supersticiosus, & adolescens: sed sapiens ta  
men, & moderatus. Qui autem deinde eum su  
stulit Philippus, etsi impiè ad Imperium euase  
rit, tamen eo temperanter usus est ad tuendam  
pietatis Christianæ causam. Nam & religioni  
Christianorum nomē palām dedisse, & Ecclesiæ  
suos fasces sceptrumq; summisissime dicitur. Quid  
eum impulerit, ut id faceret, aut quid tunc spe  
ctarit, nunc non inquiero: sed interea Christianis  
aliquas ueluti inducias cōcessas fuuisse dico. Non  
fuerunt tamen diuturnæ. Decius, qui Philippo  
succes sit, cum eius odio, Christianorum quoq;  
odium induit: & se caputque suum non minus  
pro suis idolis, quam pro Imperio Ro. deuouit,  
editaque horribili Christianorum strage conse  
crauit. Secuti sunt crudeliores etiā successores,  
Gallus & Valerianus: neq; erant æquiores pro  
uinciarum præfides. quod etiam intelligi potest  
ex Prudentio *περὶ τε φανωμ.* Fuit tunc Cypriano  
in Africa cum tribus negocium: cum Demetria  
no, cum Paterno, cum Maximo. Demetrianum

106 EDICTA PRIN. R.O.  
pulchrè describit in sua ad eum Apologia. Ad Pa-  
ternum in ius vocatus, sistere se non recusavit:  
eoque proferente quasdam Valeriani Gallieniq;  
literas, quibus mandabatur, ut omnes homines  
eos adorarent deos, quos Romani adorabant:  
quique id non facerent, gladio ferirētur: respon-  
dit, alium se Deum colere, eiusque aliam esse le-  
gem, quam omnium principum edictis oppone-  
ret. Confessio erat, quæ nullum ampliationi lo-  
cum relinquere videbatur. Sed quia arbitriæ  
tunc erant pœnæ, Paternus tentat, num hunc re-  
um, exilijs tædio frangere posset: in quem paulo  
post gladio Maximus animaduertit. Æmili-  
ani & aliorum quorundam eiusdem temporis  
in Ægypto præsidum eandem conditionem esse,  
& expertus est, & descripsit Dionysius Alexan-  
drinus Episcopus, cuius epistola extat apud Eu-  
febiū lib. 7. significatque Valerianum initio ual-  
de fauisse Christianis, & tam eos esse comple-  
xum, ut etiam eius aula diceretur esse Ecclesia:  
sed postea quibusdam calumnijs auersum, & ma-  
gicis delirijs fascinatum, Decij & Galli sœvitiam  
imitatum esse. Horum tyrannorum impia edi-  
cta pluribus recitare, nihil attinet. Quam inqui-  
sitionem Traianus sustulerat, restituerunt. Sed  
conditionem quam ille præscriperat, seruarunt,  
ut semper ignosceretur sacrificantibus. Interea  
uerò quas ipsi suæ impietatis pœnas dederint,  
obseruandum etiam est. Decius cum filio cæ-  
sus à Gothis est. Gallus ijs factus est tributarius.  
Valerianus à Persis captus, infelix senex miseri-  
tæ subiit iugum seruitutis. Filius Gallienus,  
et si alter quidam esset ueluti Sardanapalus, ta-  
men

men his exemplis territus, ad aliquam moderationem est reuocatus: & edictis propositis, scriptisque etiam ad episcopos Christianorum literis, liberationem & religionis libertatem ijs pollicetur: permittitq; ut eo nomine coire possint, & conuenire. Exemplū unius siue edicti, siue epistolæ huius generis, ex lingua Romana in Græcam conuersum, Eusebius suis Commentarijs inseruit: ex quibus, cum aliud alibi non extet, nūc descriptum, cum ipsius quoque Eusebij expositione recitabo.

Ἄλλοι δὲ οἱ μακρὸς οἰουλεῖαιν Ἰητὸν πάρα βαρβαρόις ὑπομένοντος οὐκαλθριανοῦ, μοναρχήσσεος τῷδε σωφρονέσθρον τὴν ἄχλεὺν Διατίθεται, αἵνοι τε αὐτίνα διὰ προγραμμάτων τὸν λαθὸν πατέντα μιαρύ μιαρύδον, ἐπ' ἐλαυθερίας τοῖς τοῦ λόγου προστίσσοις τὸ εὖ θέους ἐπιτελεῖρ δι' αὐτιγραφῆς προσάξεις, ἡτις τοῦτον ἔχει τὸ μετρόπορον. Αὐτονομάτωρ λαϊσκρωσύπλιες λαϊνίννος γαλινίνος, σύτεβης, σύτυχης, σεβαστος, μιονυσίων λαϊ παντας, λαϊ Δημοντέρων, λαϊ τοῖς λοιποῖς ἐπισημόνοις. την τὸ σργεσίαν τῆς ἐμῆς μετρεᾶς διὰ μαντός τοῦ λιόσμου ἐνβιβαδῆναι προστέταξα, ὅπως αἴκο τῷν τόπῳν τῷν θρησκευτικῶν αἴπολωρήσωτι. λαϊ διὰ τοῦτο λαϊ ὑμέις τῆς αὐτιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ χρῆσθαι μιναθε, ὡς τε μιοινά ὑμίν σύν κλέρῳ. λαϊ τοῦτο ὅπορ λατά τὸ ἔξορ μιναται ιφ' ὑμῶν αὐταπληρώθει, λαϊ προπολοῦ ὑπ' ἐμοῦ συγνεχώρηται. λαϊ διὰ τοῦτο αὐτούλας λιγέλινος ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προσάτονων, τὸν τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ λοθεντα μιαρυλάξει. ταῦτα επὶ τὸ σαφέσθρον ἐπ' τῆς ῥωμαῖων ἐρμηνευθεύτα γλώττης ἐγνέσθαι, λαϊ ἀπολ. δὲ τοῦ αὐτοῦ μιάταξι φέρεται, λαϊ πρὸς ἑτέρους ἐπισημόνοις πεποίηται, τὰ τῷν λακονικῶν μοιηπτηγεωρ ἀπολαμβανειν ἐπιτρέπων χωρία.

Evidem mirarer tam fuisse Christianis amicū, tamque liberaliter eorum quieti consuluisse

isse Gallienum, nisi si cogitarem, cum (ut dixi) infelicitate superiorum tyrannorum, à saevitia reuocatum esse, eorumque (ut ait poeta) uestigis deterritum, quæ in exitium precipites actos esse significabant. Eusebius indicat præcipuum eius beneficium fuisse, quod permiserit Christianos recuperare illa, quæ uocabâtur *λουμπτήρεια*. Ut Christiani mortuos dormire dicebât, sic eorum sepulchra appellabât eo nomine, quod significaret loca ad quietem & somnum comparata. Athenaeus lib. 4. ex Dosiadis libro quarto *τῶν ἀρτητῶν*, scribit, apud Cretenses in singulis ciuitatibus fuisse quasdam ædes publicas, ad excipiendos peregrinos, quæ appellabâtur *λουμπτήρεια*. Sed Christiani usi hoc uerbo sunt, sicuti dixi. Solebant autem ad sepulchra suorum martyrum, quorum sacræ sancta erat memoria, præcipue conuenire. Itaque hæc *λουμπτήρεια* erant ijs quædam ueluti templo. Cum igitur audimus ea Christianis permetti, intelligimus permitti, ut ad sua sacra coire possint. Æmilianus ille Ægypti præses, paucio ante hoc edictum Gallieni, lic Christianorum episcopos allocutus erat: *οὐλαμῶς ἐξέγον οὐτε ὑπέρ οὐτε ἀνάστατην οὐ συνόδου τοιεῖθαι, οὐ τὰ λαλούμενα λουμπτήρεις τοῖναι*: ut narrat Dionysius apud Eusebium. Nunc igitur quod ille præses uetabat, Gallienus permittit. Eusebius libro 9. scribit, Maximinum aliquando conatum id Christianis rursus adimere, cum eos dissipare atque pessundare uellet. *πεῖτον* (inquit) *εἴργειν οὐκέτη τῆς εἰ τοις λουμπτήροις οὐνόδεν δια τοφέστερως πειράται*. Gallienus sui editi custodem, & ueluti executorem a vindicem nominat, quendam Aurelium Cyrenium.

nium. Quid effecerit hic nomophylax, nescio. Sed inane & (ut Vlpiani uerbo rursus utar) lusorium Gallieni edictum fuisse uidetur, si consideremus quod proximo deinde capite scribit Eusebius de Marino: qui quidem non solum militari tunc dignitate, sed & uita priuatus est, quod Christianus esset, & quod Cæsareæ Palæstinæ ex sententia Achaij præsidis id factum sit. Ac in eo quidem iudicio prolatas esse antiquas leges Romanas, quæ Christianis, qui Imperatoribus non sacrificabant, interdicerent omni honore & dignitate in orbe Rom. scribit Eusebius. Credo leges illas fuisse, quæ (ut antea dixi) Iudeis tamen honores gerere in Repub. permittebant. Gallienum exceptit Aurelianus, qui eò tandem se pertrahi passus est, ut crudele in Christianos edictum meditaretur: sed priusquam subscribebat, repétino morbo oppressus interiit. Prius autem, et si quali superstitione teneretur satis ostendit, cum Apollonij Tyanæi, perditissimi impostoris, tanquam dei cuiusdam sacra in Oriente coleret: tamen Christianos non uexauit. immo uero eorum synodus Antiochenam aduersus Paulum Samosatenum præsidio suo armavit. Sanè cum aliquando in calamitate quadam publica Senatus Rom. diu deliberaret, de inspiciendis consulendisque libris Sibyllinis, ita rescripsisse dicitur: Miror uos Patres sancti, tamdiu de apere riendis Sibyllinis dubitasse libris: perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis.

Quid hic notet In ecclesia, aut quid sibi uelit,  
non satis affequor. Sed profanum fuisse principem

pem agnosco: cui qui successere usque ad Diocletianum, Christianos quiescere passi sunt. Diocletianus uero omnium superiorum tyranorum rabiem superauit. Nam & libris Christianorum bellum indixit, & ut incenderentur, flatimisq; abolerentur, ad extinguendā religionis omnem memoriam edixit. Dicerem nouum & insolens fuisse hoc edictum, ut barbarum certe fuit. Sed memini Antiochum Epiphanem, cum in Iudeos olim debaccharetur, in libros Mosaicos & propheticos simili furore saeuissse. Quid? Ne sui quidem Numae Pompilij Commentarijs in agro quodam repertis, quibus recepta sacra conuelli uidebantur, pepercit Senatus Romanus: imo uero medio in foro ardere eos iussit. Deniq; Vlpianus in Pandectis ait, libros improbatæ lectionis tollendos esse, cap. 4. Famil. ercif. Huius autem generis iudicatos tunc fuisse Christianorum libros, non est dubium. Sanè Arnobius, qui flamas illas uidere potuit, libro 4. aduersus gentes „ ita scribit: Nostra scripta cur ignibus meruerunt „ dari? Idem libro tertio, indicat libros Ciceronis, qui (ut ait) fabulosam deorum uanitatem refel lebant (uidentur autem hi fuisse libri, qui inscri buntur de Natura deorum) à plerisque damnatos esse: multosq; mussitasse, oportere statui per Senatum, ut iij abolerentur: quasi ijs Christiana religio comprobaretur, & uetus statis autoritas opprimeretur. Cæterum Arnobius talia iudicia reprehendit. Nā (inquit) intercipere scripta, & publicata uelle submergere lectionē, non est de os defendere, sed ueritatis testificationē timere.

Porro Diocletianus aliud editio suo caput nō  
uum

## DE CHRISTIANIS.

113

